ad administrationem jurium Regni et Imperii praedictorum, in gravem Dei offensam et contemptum, ac manifestam injuriam Romanae Ecclesiae matris suae, ad quam ejusdem vacationis tempore Imperii regimen, sicut et inpraesentiarum vacat, pertinere dignoscitur, necnon et plurimorum scandalum et rei turbationem ac laesionem publicae, ac suae animae detrimentum prosilire, seque illi immiscere irreverenter ac indebite praesumpsit hactenus et praesumit. — Ejusdem insuper Ecclesiae Romanae hostibus, sicut Galeacio de Viceccomitibus (Galeazzo Visconte Sohn u. Nachfolger des Matthäus) et ejus fratribus, quamvis sint de crimine haeresis — condemnati, — se exhibere fautorem et defensorem — non est veritus nec veretur. Nos itaque — praefatum Ludovicum — praesentium tenore monemus, eidem sub virtute sanctae obedientiae, ac excommunicationis poena, quam ipsum, nisi cum effectu hujusmodi monitioni nostrae paruerit, incurrere volumus ipso facto, auctoritate Apostolica nihilominus injungentes, ut infra trium mensium spatium, a data praesentium computandum, — ab administratione, fautoria et defensione praedictis prorsus abstineat ac desistat; — quodque gesta per eum post praesumptum ab eo titulum memoratum circa praemissa, quatenus processere de facto (cum de jure non teneant, velut ab ipso, cui jus faciendi non competebat nec competit), attentata, curet infra praedictum terminum, quantum patietur possibilitas, realiter revocare. Dann Befehl an alle Angehörige des Reichs sub poenis excommunicationis in personas, et interdicti in terras eorum, necnon privationis privilegiorum quorumcunque Apostolicorum et Imperialium, ac feudorum, quae ab Ecclesia vel Imperio obtinent, Ludwigen weder Gehorsam noch Unterstützung zu leisten. Endlich: Ut autem hujusmodi processus noster ad ipsius Ludovici — notitiam deducatur, chartas sive membranas processum continentes eundem in Ecclesia Avenionensi appendi vel affigi ostiis seu superliminaribus ejusdem Ecclesiae faciemus, quae processum ipsum suo quasi sonoro praeconio et patulo indicio publicabunt; ut idem Ludovicus et alii, quos processus ipse contingit, nullam possint excusationem praetendere, quod ad eos non pervenerit: — cum non sit verisimile, quoad ipsos remansisse incognitum, —

seine Würde von der Wahl der Churfürsten ableitete g),

---

quod tam patenter omnibus publicatur. Man bemerke diese neue Publicationsweise.

g) Protestation Ludwigs vor Notar u. Zeugen in Nürnberg, d. 16 Dec. 1323 (b. *Herwart* I, *p.* 248, in Olenschlagers Urkundenb. S. 84). — Nos circumcincti stola justitiae, et amicti pallio veritatis, in hac parte facti et juris conscii, clare respondemus, — quod hactenus a tempore, cujus non est memoria, circa electos Romanorum Reges et Principes sic est de jure et consuetudine observatum, — quod Romanus Rex eo solum, quod electus est a Principibus Electoribus — omnibus vel majori numero eorundem, et coronatus corona Regia in solitis locis et consuetis, Rex est, — ac jura Regni libere administrat. — Nec concedimus, ita simpliciter, ut proponitur, ad Sedem Apostolicam examinationem, admissionem et approbationem electionis et personae nostrae, [aut] repulsionem et reprobationem pertinere, sicut asserit. Sed si, quod non credimus, pertineret, hoc unum demum sibi locum vendicare forte posset, si per querelam, vel per viam supplicationis, appellationis vel provocationis, vel alio modo ad ipsam Sedem fuisset devolutum ipsum negotium vel deductum; quae locum non obtinent in praesenti: vel si forte, petitis per nos infulis Imperialibus vel denominatione nostra, ex causis legitimis jure scriptis, quas ad nos locum non credimus habuisse, personam nostram contigisset exigente justitia refutari. Denominatio quippe personae vel electionis admissio habitae subsequenter nobis non jus, nomen vel titulum tribuissent, quae jam ex ipsa electione sortiti sumus, sed ea potius detexissent, approbassent et latius commendassent. — Quod vero adjunxit, nos Galeazio de Vicecomitibus et ejus fratribus de haeresi condemnatis — defensionem exhibuisse, penitus nihil scimus. Nam si dicti Galeazius et fratres sui sunt de haeresi condemnati, nobis non innotuit. — Imo quem favorem aut defensionem eis — exhibuimus, et quomodo sint vel fuerint rebelles Ecclesiae, non videmus; aperte conjicimus, et per effectum operis cognoscimus, nonnullos rebelles nominari Ecclesiae, qui per fidem devotionis suae molientibus contra statum et jura Imperii renituntur. —

sprach der Feindselige die Excommunication über ihn aus (21 März 1324) h).

Sed — nos astringimus et offerimus — legitime probaturos, quod ipse est dissimulator, defensor et fautor haereticae pravitatis ejus, quae totam s. Ecclesiam inficit et conturbat, et a confessione retrahit poenitentes. — Nam cum ad ipsius summi Pontificis audientiam gravibus et frequentibus Archiepiscoporum, Episcoporum — querimoniis sit deductum — contra — Fratres Minores —, quod ipsi sint secretae confessionis proditores, et peteretur ab eo, ut hoc — emendaret; ipse tanquam tergiversando, dissimulando et celando morbum hujusmodi — curare — non curavit, dictis fratribus in hac parte s. Romanae Ecclesiae et fidei catholicae inimicis constituens se fautorem. Ceterum — ipse contra divinae dispositionis ordinationem, per quam in firmamento Ecclesiae militantis duo magna luminaria Deus fecit, Pontificalem videlicet auctoritatem et Imperatoriam Majestatem, illud ut praeesset diei, spiritualia disponendo, alterum ut praeesset nocti, temporalia judicando, manifeste nititur luminaris alterius, potestatis scilicet radios saecularis suffocare: unde in confusionem et errorem sancta reponetur Ecclesia, causabuntur haereses, ingerentur lites, suscitabuntur scandala, et Ecclesia Romana, carens praeposito advocato, resistere non poterit insurgentibus ex adverso. Nos igitur, — sentiens, nos et jura Imperii et nostra, sanctam professionem catholicam, sanctam Romanam Ecclesiam ex praedictis processibus — graviter et enormiter — aggravatos esse; — a processibus dicti Pontificis manifeste iniquis — sanctam Sedem Apostolicam — appellamus. — Cum vero propter praemissos articulos — opus sit convocatione concilii generalis, instanter et cum omni devotione ipsum, quam primum commode poterit, ad locum communem et aptum petimus congregari.

h) Der *Processus secundus* v. 9 Jan. 1324 (in *Martene et Durand thes. anecd. T.* II. *p.* 647) enthält nur eine Bestätigung des Ersten, u. eine Verlängerung der Frist auf 2 Monate. *Processus tertius* v. 21 März 1324 (b. *Martene l. c.* p. 652 Olenschlager a. a. O. S. 90): Nos adhuc volentes cum eodem

So begann das unersättliche Papstthum wiederum den Kampf gegen das Kaiserthum, um durch neu erdachte Rechte der deutschen Krone ihren letzten Glanz zu rauben, und einen der besten deutschen Kaiser zu vernichten. Die öffentliche Meinung, sonst die gefährlichste Verbündete des Papstthums, war indeß, besonders anfangs, mehr gegen als für den ungerechten Angreifer. Die Juristen waren natürliche Verbündete des Kaisers i), selbst nicht alle Canonisten vermogten

---

electo uti potius mansuetudine quam rigore — per infra scriptum modum duximus ordinandum, videlicet quod ad publicationem sententiae excommunicationis, — in qua idem electus propter suam in praedictis inobedientiam et contemtum incidisse dignoscitur, procedentes, ab aliarum poenarum publicatione, in quas similiter incidit, supersedeamus ad praesens. Dann wird Ludwigen sub poena privationis omnis juris, si quod sibi ex sua electione — quoquomodo competit, aufgegeben, binnen drey Monaten zu gehorchen: ac insuper infra dictum terminum per se vel procuratorem — compareat coram nobis, super dictis excessibus — definitivam sententiam et beneplacitum, quantum officium nostrum patitur, auditurus, ac alias facturus et recepturus quod justitia suadebit. Gegen seine Anhänger werden die im ersten Proceße vorkommenden Drohungen wiederholt. Et licet contra civitates, communitates, universitates, et singulares personas alias, quae in praedictis vel circa ea forsitan deliquerint, — ad debitam impositionem poenarum propter hoc fuisset merito procedendum, tamen de apostolicae sedis gratia adhuc providimus expectandum. Die welche aber von jetzt an fortführen, Ludwigen Gehorsam od. Unterstützung zu leisten, sollten ipso facto in Excommunication oder Interdict verfallen, von denen nur der Papst lösen könne.

i) Die Lehre von der Universalmonarchie des Kaisers (s. Abth. 2 §. 54 not. c) war jetzt so ausgebildet, daß Heinrich VII. selbst in einem 1312 in Pisa erlassenen Gesetze (*Extravagantes, quas nonnulli XI Collationem appellant Tit.* I hinter dem *Cod. Justin.*) sich so ausdrückt: divina praecepta, quibus jubetur, quod omnis anima Romanorum Principi sit subjecta. Der große Jurist *Bar-*

tolus de Saxoferrato (in Bologna † 1356) beweiset in s. *Comm. super secund. Partem ff. novi* (in Dig. lib. XLIX Tit. 15 *de captiv. et de postlim.* l. 24) weitläuftig diese Universalmonarchie, u. schließt: si quis diceret, dominum Imperatorem non esse dominum et monarcham totius orbis, esset haereticus: quia diceret contra determinationem ecclesiae (vgl. Abth. 2 §. 59 not. ll) et contra textum s. Evangelii, dum dicit: *Exivit edictum a Caesare Augusto, ut describeretur universus orbis*, ut habes Luc. II vel. III cap. et ita etiam recognovit Christus Imperatorem ut Dominum. Aber vgl. *ad Dig. lib.* XLVIII. *Tit.* 17 *de requir. reis l.* 1 §. 2 *Praesides*: Dantes — in uno libro, quem fecit, qui vocatur monarchia — disputavit tres quaestiones, quarum una fuit, an imperium dependeat ab ecclesia, et tenuit, quod non: sed post mortem suam quasi propter hoc fuit damnatus de haeresi: Nam ecclesia tenet, quod imperium dependeat ab ecclesia pulcherrimis rationibus, quas omitto, tenendo istud, quod imperium dependeat ab ecclesia. Characteristisch ist das folgende über die Frage ob Heinrich VII. Roberten habe citiren können, und über die Bulle *Pastoralis* (§. 96 not. r): Cynus (Lehrer des Bartolus † 1341) disputavit istam quaestionem Senis, et dicit, quod ista citatio potest fieri. — Sed ad illam decretalem dicit ipse: *non potest dari responsum in pace, sed pertranseat cum aliis erroribus Canonistarum*. Ita dicit ipse. Ego consuevi tenere illam decretalem, *tamquam existens in terris* ecclesiae, dicens eam esse veram de jure. Nam etc. So läßt der päpstliche Jurist die Universalmonarchie des Kaisers von dem Papste abhangen, wie Bonifacius VIII (Abth. 2 § 59 not. ff). — Beachtungswerth ist *Albericus de Rosate* (aus Bergamo † 1354). In s. *Lectura super Cod.* macht er zwar *ad Cod. lib.* I *T.* 1 *l.* 1 *no.* 7 sehr vernünftige Einwendungen gegen die behauptete Universalmonarchie des Kaisers, erklärt dann aber *ad l.* 7 §. *Gloriosissimo* no 6: Quidquid ergo dicatur, credo potestates esse distinctas, ut unus praesit in spiritualibus sc. Papa, alter in temporalibus. Am weitläuftigsten verbreitet er sich über das Verhältniß der päpstl u. kaiserl. Macht *ad Cod. lib.* VII. *Tit.* 39 *De quadriennii praescriptione l.* 3. *Bene a Zenone.* Hier merkwürdige Erinnerungen aus alter Zeit, z. B. omnes clerici et ecclesiae antiquitus suberant Imperatori.

— Eodem modo posset dici de electione Papae, nam olim eligebatur per Imperatorem. — Et ista forte privilegia perdidit imperium de facto potius quam de jure, propter longam vacationem ejusdem et potentiam et prudentiam summorum pontificum et aliorum praesidentium Romanae Ecclesiae. Endlich: Nunc illam duram et subtilem quaestionem aggredior, utrum Imperator ex sola electione concordi vel a majori parte facta dicatur verus Imperator, et omnimodam administrationem et potestatem habeat circa privilegia concedenda et omnia alia, an vero indigeat confirmatione, unctione, examinatione, coronatione Papae. Nachdem er weitläuftig die Gründe dafür u. dagegen entwickelt hat, fährt er fort: Quid ergo in tanta jurium Doctorum et glossarum varietate tenebimus? Dominus *Oldradus* (*de Ponte*, Advocatus Consistorialis, u. von Johannes XXII viel gebraucht † 1320) sequebatur opinionem, quod administrare non posset. — In eadem opinione fuit *Ostiensis* (Henricus Card. Ostiensis, Canonist um 1260) u. a. Canonisten. Contrariam opinionem tenuit *Jacobus de Arena* (im Anf. des 14ten Jahrh. prof. juris in Padua), qui hanc quaestionem publice disputavit, et cujus disputationem inseruit hic *Cynus* (Jurist in Bologna u. Perugia † 1341), qui eandem opinionem clare hic sequitur. Eandem opinionem sequitur *Guilelmus Naso*, — qui dicit quod eligendo confirmatur, sicut Dominus Papa, — quia sacerdotium et imperium parum discrepant. — Et tenet, quod privilegia per eum concessa valeant etiam si cassaretur ejus electio. Hanc etiam opinionem sequitur *Innocentius* (IV, der Comm. in Decretales Pontificum geschrieben hatte) d. c. *Venerabilem* (*Decr. Greg.* I, 6, 34) in glossa art. *quod sicut potest*, ubi haec verba ponit: Credimus tamen, quod, si Imperator coronam in loco debito recipere non possit, nihilominus auctoritate ministrandi ab archiepiscopo Coloniensi posset recipere, vel sua auctoritate, quam habet ex electione. Haec ibi. Et hanc opinionem veriorem puto per jura et rationes ad hoc adductas, et maxime auctoritate dicti Domini Innocentii et aliorum hoc tenentium. Alias sequeretur maxima absurditas, quod cum Imperium et Imperatores fuerint ante Papam, — et multi etiam tempore Papae fuerunt non confirmati nec coronati ab eo, immo eligebant

den kühn sich erweiternden päpstlichen Ansprüchen zu folgen k). Das Rechtsgefühl des deutschen Volkes l) entschied sich um so leichter für Ludwig, da es immer klarer wurde, daß der Papst auch in dieser Sache von französischem Einfluß geleitet werde: noch mehr wirkte aber auf die Volksstimmung der Makel der Ketzerey, welchen die vom Papste verfolgten und beym Kaiser Schutz suchenden strengen Minoriten auf jenen war-

---

Papam, ut praedictum est, videretur, quod gesta per eos non valuissent, et sic leges civiles et multa subverterentur. Hanc etiam opinionem sequitur quidam magister *Joannes Parisiensis* (Abth. 1 §. 59 not. kk) et *Dantes de Florentia* (oben not. d). — De hoc fuit magna concertatio tempore Joannis XXII. et successoris sui Benedicti XII. inter eos et Dominum Ludovicum de Bavaria, electum in Imperatorem. *Et me existente tunc in Romana curia, audivi magnos praelatos et etiam laicos utrosque jurisperitos in hanc opinionem inclinare tamquam veriorem.* — Praesidentes Romanae ecclesiae eorum astuta et sagaci prudentia secundum temporum varietatem sua variaverunt statuta, modo Imperium sublimando modo paulatim deprimendo de tempore in tempus: sed considerato initio cujuslibet puto potestates fuisse distinctas, et si quaelibet fuisset contenta suis limitibus, et una alteram coadjuvasset, sicut facere tenentur, puto, quod pax esset in universo orbe. —

k) *Hermannus Januensis*, um 1348, in der Fortsetzung von *Martini Minoritae Flores temp.* (in Eccardi corpus hist. medii aevi T. I. p. 1638): Papa anno 1323 Ludovicum excommunicavit etc. — Isti processus a quibusdam stricte servabantur; a multis vero quasi invalidi nihil curabantur, quia Bononiae et Parisius, ut dicitur, examinati a Doctoribus Theologiae et utriusque juris judicabantur penitus nil valere. cf. *Albericus a Rosate* not. i.

l) Wie rein dasselbe für Ludwig sprach, zeigt sich darin, daß es selbst in Form von Offenbarungen hervortrat. So erschien der Margaretha Ebner, Nonne im Marienkloster bey Dillingen, das Jesuskind, u. sagte: »ich will ihn nimmer verlassen, denn »er hat Lieb zu mir, das entbeut ihm.« s. Jo. Heumanni opuscula p. 340.

sen m). Die für den Kaiser jetzt auftretenden Schriftsteller, der kaiserl. Leibarzt Marsilius von Padua († nach 1342) und Johannes v. Jandun († nach 1338) n), welche,

---

m) nämlich wegen seiner 1323 erlassenen Entscheidung, haereticum esse, pertinaciter affirmare, Christum ejusque Apostolos in speciali non habuisse aliqua, nec in communi etiam, s. unten in d. Gesch. der Franciscaner.

n) Nach *Albert. Mussatus* in Lud. Bav. (Murat. X, p. 773) waren Ludwigs Rathgeber, quorum consiliis potissimum fruebatur, *Marsilius de Raymundinis*, civis Paduanus plebejus, philosophiae gnarus et ore disertus (nach der gewöhnlichen Annahme † 1328, er wird aber noch in *Ludov. ep. ad Bened.* XII. b. *Raynald* ann. 1336 no. 36 unter den Lebenden genannt u. es ist kein Grund da, die 1342 erschienene Schrift *de jurisdict. imp. in causis matrim.* s. unten §. 98 not. s ihm abzusprechen), et *Ubertinus de Casali* Januensis Monachus, vir similiter astutus et ingeniosus (s. Abth. 2 §. 70 not. n). Außer diesen waren es noch *Johannes de Janduno* (fälschl. de Gandavo, od. v. Gent genannt, s. Oudin. comm. de Scriptt. eccl. ant. T. III, p. 883) und Ulrich Hangenor (Mag. Ulricus de Augusta) Geheimschreiber des Kaisers. — In diese Zeit fällt die von Marsilius und Johannes gemeinschaftlich ausgearbeitete Hauptschrift: *Defensor pacis* (in Goldast Monarchia T. II. p. 154); des Marsilius *de translatione Imperii tract.* (ibid. p. 147) und des Johannes *tract. de potestate Ecclesiastica* (Ms. bibl. Colbert. s. Oudin. l. c. p. 884). — Der *Defensor pacis*, in 3 *Dictiones s. Partes* getheilt, handelt im ersten Theile v. d. Ursprunge u. d. Zweck des Staates, im zweyten v. d. Verhältniße der weltlichen u. priesterl. Macht, u. giebt im dritten 41 Conclusiones aus dem Vorherigen. cf. *Concl.* I: Solam divinam s. canonicam scripturam, et ad ipsam per necessitatem sequentem quamcumque ipsius interpretationem, ex communi concilio fidelium factam, veram esse et ad aeternam beatitudinem consequendam necesse credere, si alicui debite proponatur. II. Legis divinae dubias definire sententias — solum generale concilium fidelium — debere, nullumque aliud partiale collegium aut personam singularem, cujuscunque con-

weit über die leeren Formeln der Juristen hinausgehend, unerhört kühne Behauptungen aussprachen, machten das

---

ditionis existat, jam dictae determinationis auctoritatem habere. III. Ad observanda praecepta divinae legis poena vel supplicio temporali — nemo Evangelica scriptura compelli praecipitur. IV. Solius novae legis divinae praecepta, vel ad ipsa per necessitatem sequentia, et quae secundum rectam rationem fieri aut omitti convenit, propter aeternam salutem necesse servari, antiquae vero legis nequaquam omnia. V. In divinis novae legis praeceptis aut prohibitis neminem mortalem dispensare posse: permissa vero prohibere, obligando ad culpam aut poenam pro statu praesentis saeculi vel venturi, solum posse generale concilium, aut fidelem legislatorem humanum. VI. Legislatorem humanum solam civium universitatem esse, aut valentiorem illius partem. VII. Decretales vel Decreta Romanorum aut aliorum quorumlibet pontificum, communiter aut divisim, absque concessione legislatoris humani constituta, neminem obligare poena vel supplicio temporali. VIII. In humanis legibus solum legislatorem vel illius auctoritate alterum dispensare posse. X. Cujuslibet principatus aut alterius officii per electionem instituendi, praecipue vim coactivam habentis, electionem a solius legislatoris expressa voluntate pendere. XV. Super omnem singularem personam mortalem, cujuscunque conditionis existat, atque collegium laicorum ac clericorum, auctoritate legislatoris solummodo principem jurisdictionem tam realem quam personalem coactivam habere. XVI. Excommunicare quenquam, aut divinorum officia interdicere absque fidelis legislatoris auctoritate nulli Episcopo vel sacerdoti aut ipsorum collegio licere. XVII. Omnes Episcopos aequalis auctoritatis esse immediate per Christum, neque secundum legem divinam convinci posse in spiritualibus aut temporalibus praeesse invicem vel subesse. XVIII. Auctoritate divina, legislatoris humani fidelis interveniente consensu seu concessione, sic alios Episcopos communiter aut divisim excommunicare posse Romanum Episcopum, et in ipsum auctoritatem aliam exercere, quemadmodum e converso. XIX. Conjugia — divina lege, nova praesertim, prohibita per mortalem neminem

Volk mehr mistrauisch gegen die kaiserliche Sache als derselben geneigt: ihr Verdienst war es, den Gelehrten ihrer und

---

dispensari posse; humana vero lege prohibita ad solius legislatoris vel per ipsum principantis auctoritatem pertinere. XXI. Ad Ecclesiasticos ordines promovendos, ipsorumque sufficientiam judicare judicio coactivo, ad solum legislatorem fidelem spectare, ac sine ipsius auctoritate quenquam promovere ad hoc cuiquam sacerdoti vel Episcopo non licere. XXII. Numerum Ecclesiarum sive templorum, ac in ipsis ministrare debentium sacerdotum, diaconorum, et reliquorum officialium ad solum principantem secundum leges fidelium pertinet mensurare. XXVII. Ecclesiasticis temporalibus, expleta sacerdotum et aliorum Evangelii ministrorum, et his quae ad cultum divinum pertinent ac impotentum pauperum necessitate, licite ac secundum legem divinam pro communibus seu publicis utilitatibus aut defensionibus uti posse legislatorem humanum totaliter et in parte. XXXIII. Generale concilium aut partiale sacerdotum et Episcoporum ac reliquorum fidelium per coactivam potestatem congregare, ad fidelem legislatorem aut ejus auctoritate principantem in communitatibus fidelium tantummodo pertinere, nec in aliter congregato determinata vim aut robur habere. Ein allgemeines Concil soll allein nach *Concl.* XXXII. kirchl. Metropolen errichten u. aufheben, u. nach *Concl.* XXXV. Heilige canonisiren, so auch *Concl.* XXXVI: Episcopis aut Presbyteris aliisque templorum ministris si uxores interdicere convenit, reliqua quoque circa Ecclesiasticum ritum per generale solum fidelium concilium id statui et ordinari; et illud solum collegium, aut personam in hoc cum praedictis dispensare posse, cui data fuerit ejus auctoritas per concilium supra dictum. *Concl.* XXXVII. A judicio coactivo, Episcopo vel sacerdoti concesso, semper ad legislatorem contendentem liceat appellare, vel ad ejus auctoritate principantem. *Concl.* XL. Legislatorem fidelem, aut ejus auctoritate principantem in subjecta sibi provincia compellere posse tam Episcopos quam reliquos evangelicos ministros, quibus de sufficientia victus et tegumenti provisum est, ad divina officia celebranda et sacramenta ecclesiastica ministranda.

der folgenden Zeiten fruchtbaren Stoff zum Nachdenken nie-

Merkwürdig sind die histor. Erläuterungen über den Ursprung der Hierarchie, cf. *P.* II. *c.* 15 *p.* 239: Haec nomina *Presbyter* et *Episcopus* in primitiva ecclesia fuerunt synonyma, quamvis a diversis proprietatibus eidem imposita fuerint. Nam *Presbyter* ab aetate nomen impositum est, quasi senior; *Episcopus* vero a dignitate seu cura super alios, quasi superintendens. Beweise aus Hieronymus. Phil. 1, 1 u. s. w. s. Bd. 1 §. 29 not. a. -- Post haec autem Apostolorum tempora numero sacerdotum notabiliter aucto ad scandalum et schisma evitandum elegerunt sacerdotes unum ex ipsis, qui alios dirigeret et ordinaret, quantum ad ecclesiasticum officium et servitium exercendum et oblata distribuendum, ac reliqua disponendum convenientiori modo, ne istud quolibet pro libito faciente oeconomia et servitium templorum turbaretur propter affectionum diversitates. Hic siquidem electus — ex posteriorum consuetudine retinuit sibi soli nomen *Episcopi*, quasi superintendentis. — Verum jam dicta electio seu institutio per hominem — nihil amplioris meriti essentialis seu sacerdotalis auctoritatis — tribuit, sed solum ordinationis oeconomicae in domo Dei seu templo potestatem quandam, alios sacerdotes — ordinandi et regulandi, quomodo Priori datur potestas in monachos. — Et ideo secundum veritatem et intentionem Hieronymi non aliud est Episcopus quam archipresbyter. *Cap.* 16 beweiset, Apostolorum neminem ad alios habuisse praeeminentiam aus Luc. 22, 19. Jo. 20, 21. 22. Gal. 2, 6—9. Nullam ergo potestatem, eoque minus coactivam jurisdictionem habuit Petrus a Deo immediate super apostolos reliquos, neque instituendi eos in officio sacerdotali, neque segregandi eos seu mittendi ad officium praedicationis, nisi quod hoc sane concedi potest, ipsum fuisse priorem aliis aetate vel officio fortasse secundum tempus, aut Apostolorum electione, qui eum propterea reverebantur merito, quamvis hanc electionem ex scriptura nemo convincere possit. Signum autem, verum esse quod diximus, est, quoniam b. Petrum nullam sibi assumpsisse singulariter auctoritatem supra reliquos apostolos invenimus ex scriptura, sed magis cum ipsis aequalitatem servasse. Zum Be-

dergelegt zu haben. Nützlicher als sie wurden dem Kaiser

---

weise *Act.* XV. — Sicut Petrus Antiochiae legitur electus in Episcopum per fidelium multitudinem, aliorum Apostolorum confirmatione non indigens, sic et Apostolorum reliqui praefuerunt in aliis provinciis absque Petri scientia, institutione, vel consecratione aliqua: fuerant enim per Christum consecrati sufficienter. Propter quod similiter opinandum, horum Apostolorum successores non indiguisse aliqua confirmatione successorum Petri: quinimo multi successores aliorum Apostolorum fuerunt electi et instituti Episcopi rite, ipsorumque provincias sancte rexerunt absque alia institutione vel confirmatione de ipsis facta per successores Petri. Et extitit hoc sic legitime observatum usque quasi ad tempora Constantini Imp. — Quod si tamen b. Petrus a quibusdam sanctorum princeps Apostolorum scribatur, dictum est large ac improprie sumendo vocabulum principis. — Cujus rei exemplum conveniens sumi potest ex principantibus saeculi, qui nec praesunt sibi invicem aliqua potestate, ut Comites ejusdem regni; — cum tamen quandoque inter alios unus aut plures caeteris honoratiores habeantur. — Quod si tamen Apostoli b. Petrum tanquam sibi Episcopum elegissent; — non tamen ex hoc sequeretur, quod ipsius successores in Romana sede vel alia, si alibi fuit Episcopus, hanc prioritatem habeant super aliorum successores, nisi a reliquorum successoribus eligerentur ad hoc: majoris enim virtutis fuerunt aliqui successores aliorum quibusdam successoribus Petri. — Rursum cur magis conveniret hoc successoribus ejus in sede Romana, quam in Antiochena vel Hierosolymitana vel alia, si Episcopus in pluribus extitisset? Amplius quilibet Episcopus quantum ad intrinsecam dignitatem — indifferenter successor est cujuslibet Apostoli, et ejusdem meriti sive perfectionis quantum ad dignitatem praedictam sive characterem, quoniam omnes hunc habent eundem ab uno efficiente — Christo, non ab eo qui manus imposuit. — Amplius propter manuum impositionem Romanus Episcopus non est aut dici debet singulariter b. Petri successor, quoniam Romanum Episcopum esse convenit, cui non imposuit manus b. Petrus, nec mediate nec immediate: nec rursum propter sedem sive loci

vielleicht die ihnen entgegentretenden Vertheidiger des Pap-

---

determinationem, primum quidem, quia nullus Apostolorum lege divina determinatus fuit omnino ad populum aliquem vel locum, nam Matthaei ultimo dictum est omnibus: *Euntes ergo docete omnes gentes*: amplius quoniam b. Petrus prius legitur Antiochiae fuisse quam Romae etc. — Jam dictis autem audiri desuetis mirabilius est, quia desuetum amplius et inopinabile fortassis videbitur, si non falsnm: quod ex certo scripturae testimonio convinci potest, Romanos Episcopos magis esse successores, quantum ad provinciam et gentem, Apostoli Pauli quam Petri. — Cum per scripturam constet evidenter, Paulum Romae fuisse biennio, et ibidem omnes suscepisse gentiles converti volentes, — constat ipsum fuisse Romanum Episcopum specialiter. — De beato vero Petro — dico per scripturam sacram convinci non posse, ipsum Romanum Episcopum, et quod amplius est, ipsum unquam Romae fuisse. — Sed per scripturam sacram indubitanter tenendum, b. Paulum fuisse Romanum Episcopum, et si quis alter cum ipso Romae fuerit, tamen Paulum singulariter et principaliter — fuisse Rom. Episcopum, b. vero Petrum Antiochiae, ut apparet ad Gal. II: Romae vero non contradico, sed verisimiliter teneo, ipsum in hoc non praevenisse Paulum, sed potius e converso. — *Cap.* 18 p. 251. *Unde Romanus Episcopus et Ecclesia — super caeteros sibi quendam primatum assumpsit.* — Nemo Episcoporum per omne tempus illud (bis Constantin) in alios Episcopos coactivam jurisdictionem exercuit. Quamvis tamen aliarum provinciarum Episcopi plures, in quibus dubitabant, tam de scriptura sacra, quam de ritu ecclesiastico, non audentes se publice congregare, consuluerunt Episcopum et Ecclesiam fidelium existentem Romae, propter majorem ibidem forte fidelium multitudinem et magis peritiorem, eo quod studia scientiarum omnium tunc multum Romae vigebant. — Unde etiam provinciarum aliarum fideles, sufficientia personarum carentes, ad ipsorum ecclesias gubernandas ab episcopo et Ecclesia Romana fidelium postulabant personas sibi ad episcopatum praeficiendas, eo quod Ecclesia fidelium Romae personis talibus, ut jam diximus, amplius abundabat. Episcopi vero

stes, der Augustinermönch Augustinus Triumphus aus

---

et Ecclesia Romanorum sic requisiti — charitative atque fraterne subveniebant in his; — ordinationes, quas super ecclesiasticum ritum sibi fecerant, aliis communicando provinciis, et quandoque etiam in aliis provinciis contentionem aut schisma fidelium inter se audientes charitative monendo. Haec autem aliarum provinciarum ecclesiae grate suscipiebant. — Hoc etiam modo vel consimili quasi suscepit a Graecis Romanus populus gratuite non coacte leges quasdam vocatas decem tabularum. Ex jam dicta vero quasi consuetudinaria prioritate, aliarum Ecclesiarum consensu spontaneo, Romanorum Episcopi — auctoritatem quandam decreta — constituendi super universalem Ecclesiam — sumpserunt usque ad tempora Constantini. — Constantinus vero — primus fuit Imperator, qui fidem Christi, ministerio b. Sylvestri tunc Papae Romani patenter adeptus est, et — Ecclesiae Romanae ac ipsius Episcopo tribuisse videtur auctoritates et potestates super alios Episcopos et Ecclesias omnes. — *Cap.* 22 *p.* 268: Post tempora vero Constantini I. et praecipue imperiali sede vacante hanc sibi deberi prioritatem quandoque lege divina, quandoque vero concessione principum suis epistolis expresserunt Rom. Episcopi quidam. — Hanc etiam extendentes auctoritatem in omnes Episcopos et ecclesias, populos et singulares personas, ad sententiam excommunicationis et interdicti divinorum officiorum — in supradictos fideles ferendum. — Sic etiam suis epistolis expresserunt, sibi convenire temporalium omnium ecclesiasticorum dispensationem. — Quibus etiam moderniores excessibus non contenti suis expresserunt Epistolis sive Decretis, auctoritatem sive jurisdictionem coactivam supremam super omnes mundi principatus — sibi lege divina deberi; — propter quod etiam ad suam auctoritatem pertinere dicunt, omnia mundi regna et principatus conferre ac auferre licite posse regibus — ipsorum mandata transgredientibus, quamvis impia sint secundum veritatem et illicita saepe. Hoc autem inter caeteros Romanos Episcopos — octavus Bonifacius in tantum expressit et asseruit, ut hanc Romanis Episcopis deberi potestatem decreverit ab omnibus credendum et confitendum esse de

necessitate salutis aeternae (Abth. 2 §. 59 not. aa). Cujus sententiam assecuti sunt successores ejus Clemens V. et — Joannes, — quamvis hoc solum, explicite videantur dicere de solo imperio Romanorum. Quod quia id asserunt innisi titulo supradicto, plenitudinis videlicet sibi datae potestatis a Christo, indubium est, potestatem hanc sive auctoritatem, si qua talis ex hoc sibi conveniat, omnia mundi regna et principatus ex aequo respicere. *Cap.* 26 *p.* 281 über den Ursprung der päpstl. Anmaßungen über das Kaiserthum: Voluerunt Romanorum principum quidam citra tempora Constantini electionem de se factam amicabiliter signare Romanis Pontificibus, ut — per Pontificum intercessionem ampliorem benedictionem et gratiam ad suum gubernandum imperium obtinerent: eodemque aut consimili quasi modo — Romanorum quidam Imperatores diadema regium imponi sibi fecerunt per Romanos Pontifices: quam siquidem impositionem Pontifici Romano plus auctoritatis tribuere super Rom. Principem, quam Remensi archiepiscopo super regem Francorum, quis dicet? Non enim conferunt hujusmodi solemnitates auctoritatem, sed habitam vel collatam significant. Ex hac quidem igitur reverentia sic sponte per Romanos principes exhibita, quaerentes saepius quae sua non sunt, Episcopi Romani induxerunt consuetudinem et abusum verius, propter principum simplicitatem, non modo dicam ignaviam, laudationem electae personae ac benedictionem, quam super illam mittebant, vocaliter aut in scriptis vocare confirmationem electionis praedictae. Nec attendentibus olim Romanis Principibus, quae sub hac appellationis figura praejudicialis latebat intentio, sic ipsam successive subinduxerunt latenter, nunc vero patenter, Romani Pontifices, ut nullus quantumcunque convenienter electus in Romanorum Regem Rex vocari debeat, neque Regis Romanorum auctoritatem habeat aut exerceat, nisi per Romanum Episcopum fuerit approbatus. — Non esset hoc aliud quam Romanum solvere principatum, et principis creationem perpetuo prohibere. — Quid ergo aliud sibi tribuit auctoritatis principum electio, quam nominationem, ex quo ipsorum determinatio ab unius solius alterius voluntate dependet? Tantam nempe septem tonsores aut lippi possent Romano Regi auctoritatem tribuere.

Ancona († 1328) o), und der Franciscaner Alvarus

---

o) *Summa de potestate ecclesiastica ad Joh. P.* XXII. (ed. Aug. Vind. 1473. Romae 1582. die vor mir liegende ist Colon. 1475. fol.) in III Partes und 112 Quaestiones getheilt. *Qu.* 1 *art.* 1: Sola potestas Papae est immediate a Deo. — Habet omnem potestatem saecularem judicare et deponere, si non bona est. — Et si inveniatur, quandoque aliquos Imperatores dedisse aliqua temporalia summis Pontificibus, sicut Constantinus dedit Sylvestro: hoc non est intelligendum, quod suum est, sed restituerunt, quod injuste et tyrannice ablatum est (cf. *Qu.* 43 *Art.* 3). — Omnis potestas Imperatorum et Regum est subdelegata respectu potestatis Papae. *Qu.* 18 *art.* 1: Major est jurisdictio Papae quam cujuslibet angeli. — Papae totius mundi jurisdictio et cura commissa est, — quod super coelum et terram jurisdictionem accepit. *Qu.* 22 *art.* 3: Magis tenentur laici subditi obedire Papae, quam Imperatori vel Regi. — Tota machina mundialis non est nisi unus principatus: — princeps autem totius principatus mundi est ipse Christus, cujus Papa vicarius existit juxta illud *Dan.* VII. — Si aliud mandat Papa, et aliud Imperator, obediendum est Papae et non Imperatori. *Qu.* 23 *art.* 1: Pagani jure sunt sub Papae obedientia. — Vicarius Christi est Papa, unde nullus potest se subtrahere ab ejus obedientia de jure, sicut nullus potest de jure se subtrahere ab obedientia Dei. *Qu.* 35 *art.* 1: Papa per se ipsum Imperatorem potest eligere. — Imperator est minister Papae eo ipso quod est minister Dei. — Est autem principaliter agentis, eligere ministros et instrumenta ad suum finem. — Unde puto, quod Papa, qui universos fideles in praesenti ecclesia ad pacem habet ordinare, et ad supernaturalem finem consequendum dirigere et destinare, justa et rationabili causa existente per se ipsum possit Imperatorem eligere: ut propter eligentium negligentiam et discordiam, aut propter electi bonitatem et condecentiam, vel propter populi Christiani pacis providentiam, seu propter coërcendum haereticorum, paganorum et schismaticorum potentiam et audaciam. Posse enim Papae fulcitum debet esse veritate, justitia, et aequitate: non enim potest adversus veritatem sed pro veritate, ut

dicit Apostolus II ad Cor. ult. — *Art.* 3. Sicut a sede Apostolica potestas eligendi Imperatorem Electoribus est concessa, ita a praedicta sede potest eis auferri. *Art.* 6. Papa potest Imperatorem facere per haereditariam successionem sicut per electionem. — *Qu.* XXXVII *Art.* 3: Auctoritate Papae Imperium a Romanis est ad Graecos translatum. — Constantinus hujusmodi translationem fecit auctoritate summi Pontificis, qui tanquam vicarius Dei filii coelestis Imperatoris jurisdictionem habet universalem super omnia regna et imperia. — Propter imperium ad Graecos post tempus Constantini translatum, ecclesia ibi potestate et dignitate multum vigebat. Et ideo quatuor concilia fuerunt ibi celebrata, quibus Imperatores sic se subjecerunt, quatenus per summum Pontificem approbarentur. *Art.* 4. Auctoritate Papae Imperium est translatum a Graecis ad Germanos· *Art.* 5. Auctoritate Papae Imperium potest a Germanis transferri ad alios. — XXIII Qu. 4 c. *Displicet* auctoritate Augustini dicitur, quod Ecclesia per incrementa temporum semper majori potestate utitur. Si ergo Ecclesia quandoque fecit hujusmodi translationem, multo fortius nunc potest facere. — Conditio Imperatoris a tempore Constantini multipliciter variata est. Nam tempore dicti Constantini Imp. eligebantur. — Qui modus servatus est usque ad tempora Michaelis Imp. et Caroli M. Postea institutio Imperii processit per successionem ad tertiam generationem puta usque ad tertium Ottonem, qui fuit nepos primi et filius filii. De istis enim non invenitur facta electio, sed sola provisio per summum Pontificem. — Gregorius V. convocatis Principibus Almaniae ordinavit electores Imperatoris officiales ipsius imperialis curiae. Qualitercunque tamen institutio Imperii sit variata: nulli tamen dubium esse debet, quin summus Pontifex — Imperatorem possit eligere, quemcunque et undecunque sibi placet in auxilium et defensionem Ecclesiae. *Qu.* XXXVIII *Art.* 1: Per Papam Imperator electus debet confirmari. — Ad illum pertinet immediate Imperatoris confirmatio, ad quem pertinet Imperii immediata jurisdictio. Postquam enim Constantinus cessit Imperio occidentali nulla sibi reservatione facta — plenum jus totius Imperii est acquisitum summis Pontificibus, non solum superioris dominationis, verum etiam im-

---

mediatae administrationis, ut ex ipsis tota dependeat imperialis jurisdictio, quantum ad electionem et quantum ad confirmationem: ita ut ex tunc nullus de jure poterit se intromittere de regimine occidentalis Imperii absque expressa auctoritate et mandato sedis Apostolicae, nisi usurpative et tyrannice, sicut fecit Julianus Apostata et multi alii. *Art.* 4: Papae Imperator electus debet fidem jurare. — Imperator assumitur in defensorem et protectorem Ecclesiae, potissime in partibus Italiae et in occidentalibus regionibus, in quibus Ecclesia non solum temporalium habet universalem jurisdictionem, sicut in toto orbe noscitur habere, verum etiam habet mediante ministro, quem elegit, immediatam administrationem. Talis ergo minister in tribus tenetur Ecclesiae fidelitatem servare: primo in ipsius Ecclesiae exaltatione, ut per rebelles et infideles Ecclesia non deprimatur, sed potius illis expugnatis juxta posse suum supra candelabrum ponatur; secundo in Ecclesiae pastoris et rectoris defensione —; tertio in temporalium per Constantinum concessorum Ecclesiae conservatione, ut in talibus non praetendat aliquam immediatam jurisdictionem, sed solum immediatam administrationem. Et ista tria ponuntur in juramento fidelitatis, quod ipse Imperator summo Pontifici praestare tenetur. *Qu.* XXXIX *Art.* 1: Imperator per solam electionem non potest administrare, nisi beneficium confirmationis recipiat. *Qu.* XL *Art* 1: Papa potest Imperatorem deponere, *Art.* 4. Imperatoris subditos a juramento fidelitatis absolvere. *Qu.* XLI *Art.* 1. Ad Papam spectat Imperatoris electionem examinare. *Qu.* XLIV *Art.* 1: Absque Papae auctoritate Imperator non potest leges condere. — Omnis justa lex (quae secundum Augustinum si justa non est, non est lex) dependet a lege divina. — Illo ergo jure lex imperialis dependet ab auctoritate Papae, quo jure dependet a lege divina, cujus ipse Papa est vicarius et minister, potissime cum secundum Dionysium lex divinitatis hoc habeat, ut ejus influentia non transeat ad inferiora nisi per media. Medius autem inter Deum et populum Christianum est ipse Papa, unde nulla lex Populo Christiano est danda, nisi ipsius Papae auctoritate: sicut nec aliqua lex fuit data populo Israelitico nisi mediante Moyse. *Art.* 4. Papa potest sua auctoritate leges Im-

periales corrigere. *Qu.* XLV *Art.* 2: Papae subjiciuntur omnes Reges, quantum ad temporalium recognitionem. — Dicentes, Papam, Vicarium Christi, in toto orbe dominium habere solum super spiritualia, non autem super temporalia, similes sunt consiliariis Regis Syriae, qui dixerunt III. Reg. 20: *Dii montium sunt dii eorum* etc. Sic hodie mali consiliarii adulatione pestifera seducunt Reges et Principes terrae, dicentes: dii montium, puta spiritualium donorum, sunt summi Pontifices, sed non sunt dii convallium, quia temporalium bonorum nullum habent dominium: ideo in campestribus et in potentia bonorum temporaralium pugnemus contra eos et obtinebimus. Sed quid dicit eis divina sententia, audiamus: quia dixerunt, inquit, Syri, deus montium est dominus, non deus vallium, dabo omnem multitudinem hanc in manu vestra, et scietis, quia ego sum Dominus. *Qu.* XLVI *Art.* 2 Papa potest omnes Reges cum subest causa deponere. *Art.* 3. Papa potest in quolibet regno regem instituere. — Sicut Deus est factor omnium regnorum et provisor, sic Papa vice Dei est omnium regnorum provisor. Unde cum causa rationalibilis subest, in quolibet regno potest Regem instituere, sive sit causa ipsius Regis nequitia, ut dictum est supra de Rege Francorum, sive ipsius populi fraudulenta malitia, ut si in Regis mortem conspirarent, vel eum ejicerent, — vel quocunque alio modo causa justa et rationabilis subest, ad Papam spectaret, illi regno de Rege providere. *Qu.* LXI *Art.* 3. Papa non potest aliquos eximere a se ipso in temporalibus. — Apostolus II ad Tim. 2 dicit: *Deus fidelis est, et seipsum negare non potest.* Negaret autem seipsum, si eximeret aliquos a suo dominio temporali vel spirituali, quia tunc negaret, se esse dominum omnium tam temporalium quam spiritualium. Cum igitur Papa verus vicarius Dei sit, si aliquos eximeret a seipso in jurisdictione temporalium vel spiritualium, negaret, quod non esset verus Dei vicarius, et talis negatio in errorem Manichaeorum ipsum induceret, ponentium, ab alio principio spiritualia et ab alio temporalia esse producta. Unde non est dubium, quod si pro tali veritate testificanda Papa pateretur, verus Christi martyr esset censendus. Auf den Einwand: consuetudo servanda est, et longo tempore approbata pro lege tenenda est, ut jurisconsultus dicit. Sed ab antiqua consuetudine

Pelagius († nach 1340) p), welche durch jener Kühnheit erhitzt das neu gebildete päpstliche Staatsrecht in seiner abgeschmacktesten Folgerichtigkeit keck und übermüthig entwickelten.

---

fuit observatum in ecclesia Gallicana, quod Praelati Franciae non recognoscunt temporalia a Papa sed a Rege, et ipse similiter Rex a nullo temporalia recognoscit, erwidert er: consuetudo veritati et rationi contraria, quanto diuturnior tanto perniciosior et periculosior, nec consuetudo sed abusio dicenda est. Non enim dixit Christus, ut dicit Gregorius: Ego sum consuetudo, sed: *ego sum veritas.* — Si vero potentia regalis vel imperialis allegatur, videatur, ut dicit Aug. quod factum sit de Nabuchodonosor, quomodo a regno depositus est et inter bestias connumeratus est, donec recognosceret, Deum coeli esse dominum universorum. *Qu.* LXXIII *Art.* 3: Papa alicui potest concedere decimas Laicorum. — Jus naturale propria facit communia in necessitate, jus vero divinum ex caritate, et jus civile ex reipublicae utilitate. Planum est autem, quod Papa est omnis juris interpres et ordinator, tamquam architector in tota ecclesiastica hierarchia vice Christi, unde quolibet jure potest, cum subest causa rationabilis, decimas laicorum non solum subditorum, verum etiam Regum, Principum et Dominorum recipere et concedere pro ecclesiae utilitate, ac eos, si noluerint dare, compellere.

p) Sein Werk *de planctu ecclesiae libb.* II (ed. Ulmae. 1474. Venet. 1560 fol.) 1330 in Avignon ausgearbeitet, u. 1340 von dem Verf. damals Bisch. v. Silves in Portugal, revidirt, stimmt in den Grundsätzen ganz mit dem des August. Triumphus überein. cf. *lib.* I, *c.* 13: quod jurisdictionem habet universalem in toto mundo Papa nedum in spiritualibus, sed temporalibus, licet executionem gladii temporalis et jurisdictionem per filium suum legitimum Imperatorem, quum fuerit, tanquam per advocatum et defensorem ecclesiae, et per alios reges et mundi principes; et in patrimonio s. Petri et in regno Siciliae, quod est regnum Ecclesiae et patrimonium, — et in aliis terris Ecclesiae eam per suos rectores debeat exercere. — Quum animae corporibus

Unter diesen Verhältnißen brachte weder die päpstliche Excommunication, welcher Ludwig sogleich eine Appellation an ein allgemeines Concilium q) entgegengesetzte, noch das alsdann über Ludwigs getreue Unterthanen ausgesprochene

---

sunt pretiosiores, et spiritualia temporalibus digniora; — cui ergo commissae sunt animae et spiritualia, multo potius res sunt et corpora committenda. — Temporalia accessoria sunt ad spiritum, Matth. 16: *haec omnia* scil. temporalia *adiicientur vobis*: sed accessoria naturam habent principale sequendi. Danach werden nun gegen Kaiser Ludwig, hier nur Bavarus schismaticus genannt, die päpstl. Anmaßungen vertheidigt. Dann: *Cap.* 33: Quod Papa non tenetur se purgare de aliqua infamia, a quibuscunque exorta, bonis vel malis, si non vult. *Cap.* 34: Quod in hac vita, etiamsi injuriam vel injustitiam facit Papa alicui, non habet judicem super se, nec tenetur eligere judices vel arbitros. *Cap.* 36: Quod antea fuit ecclesia, quam Imperium. Endlich rückt er *Cap.* 60 die Bulle *Unam sanctam* ein: Ad complementum autem papalis potestatis plenariae, et gladii utriusque pertinentis ad eum, licet diversimode, pono Extravagantem Domini Papae Bonifacii VIII, quae istam determinat quaestionem cujus talis tenor est etc. *Cap.* 68 gegen die neuen Schismatici, insbes. gegen den haeresiarcha novellus Marsilius Padovanus.

q) dd. Sachsenhausen im Apr. od. May 1324 (ed. *Baluz. Vitae PP. Aven. T.* II. *p.* 478): Nos Ludovicus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus proponimus contra Johannem, qui se dicit Papam XXII, quod inimicus sit pacis, et intendit ad discordias et scandala suscitanda. — Nam publice dicere dicitur, quod quando inter Reges mundi et Principes est discordia, tunc Papa est verus Papa, et timetur. — Maxime autem dicere dicitur, quod discordia Alamanniae — salus est et pax Romani Pontificis et Ecclesiae. Unde cum multiplicarentur in Alamania, occasione diversarum electionum, caedes, — et sanguinis effusiones, proh dolor, innocentium; nunquam unam litteram vel qualemcunque nuntium misit ad obviandum praedictis periculis atque malis, cum tamen multos haberet in partibus Alamanniae exactores et collectores pecuniarum pro ipso, quibus hoc com-

Interdict r) die gewünschte Wirkung in Deutschland hervor s).

---

mittere sine aliquo suo onere potuisset, si voluisset, vel sibi de hoc cura aliqua fuisset, ostendens se per hoc facere contra doctrinam et vitam et exemplum Christi, cujus vicarium se mentitur et dicit. Nachdem das Recht des Kaisers und die ungegründeten Anmaßungen und das unrechtliche Verfahren des Papstes nachgewiesen sind, folgt eine weitläuftige und sehr heftige Widerlegung der päpstl. Behauptung, Christum et Apostolos habuisse bona temporalia in communi eo modo, quo alia collegia habent, quod dictum est notorie haereticum, et profanum et contra evangelii sacrum textum, welche offenbar aus der Feder eines verfolgten Minoriten geflossen ist. Zuletzt: ad generale Concilium, quod instanter et cum instantia repetita in loco tuto nobis et nostris convocari petimus, et ad verum legitimum futurum summum Pontificem, et ad sanctam matrem Ecclesiam et Apostolicam Sedem, et ad alium vel ad alios, ad quem vel ad quos fuerit appellandum, provocamus et appellamus.

r) *Processus quartus* v. 11 Jul. 1324 in *Martene* et *Durand* thes. Anecd. T. II p. 660: (Ludovicum) reputamus et declaramus merito contumacem, — omni jure, si quod sibi ex electione sua competere seu competiisse poterat, a Domino privatum denuntiamus, — de benignitate sedis Apostolicae — supersedentes ad praesens a poenis aliis, quibus excessus praedicti ipsum reddiderunt obnoxium. — Personas ecclesiasticas, — quae contra — mandata nostra Ludovico praefato tamquam Regi — paruerunt vel adhaeserunt quomodolibet, — declaramus poenas suspensionis ab officio, ac excommunicationis sententias — incurrisse. Civitates autem, communitates, — ac singulares personas illarum, quae in praedictis — deliquerunt, — declaramus, civitates — interdicti, singulares vero personas excommunicationis sententiis subjacere. Dann wird Ludwigen sub poenis excommunicationis ac privationis feudorum, quae ab Ecclesia Romana vel aliis seu Imperio obtinet, verboten, ne deinceps se Regem Romanorum vel electum intitulet, und ihm der 1te Oct. als peremtorischer Termin bestimmt, um sich vor dem Papste zu verantworten.

s) um so weniger, da der Papst offenbar die Kaiser-Krone an

r) die Urkunde b. *Goldast l. c. p.* 1385, b. *Freher l. c. p.* 621. U. a. Papa Romanus super impedimento affinitatis sanguinis per dispensationem tollendo — ad suam auctoritatem asserit pertinere: ac in talibus matrimoniis pluries dispensaverunt de facto praeteriti quidam Pontifices Romanorum. Quod si talis gradus affinitatis sanguinis matrimonium legitimum impediret legis divinae seu Christianae praecepto, non posset aliquis hominum, quinimo neque angelus de coelo, dictum impedimentum per dispensationem aliquo modo amovere. — Ex quibus quidem manifeste apparet, ac fateri cogitur Romanus Episcopus, — quod si gradus affinitatis sanguinis, quamquam licitum matrimonium, impediat fieri, hoc tantum factum esse praecepto sive statuto legis humanae, de cujus siquidem legis praeceptis sive statutis dispensare solummodo pertinet ad auctoritatem Imperatoris seu Principis Romanorum.

s) *Guil. Ockam* tract. de jurisdictione Imperatoris in causis matrimonialibus in *Goldasti* Monarchia T. I p. 21, u. *Marsilii Patavini* tract. de jurisdict. Imp. in causis matrimon. Ebend. T. II. p. 1383.

eben so sehr das Vertrauen des Volkes t), als er durch die neue Vergrößerung seiner Hausmacht viele Fürsten unzufrieden und eifersüchtig machte u). So gab er dem weltlichgesinnten Clemens VI. v), der voll alten Hasses gegen Ludwig w)

---

t) *Alb. Argent. p.* 129: Sicque Ludovicus princeps filium Joannis regis Bohemiae uxore et dominio spoliavit, *inconsuetum et horribile facinus attentando.* Filium namque ad hoc maleficii genus induxit invitum, quod videlicet uxorem sui consanguinei in tertio gradu, non separatam ab ullo judice ecclesiae, ipsamque suam consanguineam non uxorem, sed moecham traduxit. — O idolorum servitus avaritia, quae tantos principes confudisti, ex quibus iterum inter Bohemos et Principem et filios suos non immerito livor edax et odia suscitantur. *Jo. Vitoduranus p.* 58: tota terra illud matrimonium multifariam multisque modis diris vocibus inculpavit.

u) Olenschlager S. 318 ff.

v) *Matteo Villani* III, c. 43 (*Muratori* Scriptt. Rer. Ital. T. XIV p. 186): Costui fu natio di Francia, e Arcivescovo di Ruem (Rouen), e grande amico e protettore del Re Filippo di Francia, e per lui, innanzi al Papato, e poi che fu Papa, assai cose fece. — Huomo fu di convenevole scienzia, *molto cavalleresco, poco religioso.* Delle femmine, essendo Arcivescovo, non si guardò, ma trapassò il modo de' seculari giovani Baroni: e nel Papato non se ne seppe contenere, nè occultare: ma alle sue camere andavano le grandi Dame, come i Prelati, e fra l'altre una Contessa di Torenna fu tanto in suo piacere, che per lei faceva gran parte delle grazie sue. *Albertus Argentin. p.* 133: Hic ab antecessoris sui moribus multum distans, mulierum, honorum et potentiae cupidus — ipse Francus Franco ferventer adhaesit. Jacob v. Königshoven S. 129: Clemens der sechste. der was gar ein gritiger hochfertiger Bobest. er meinde über den Keyser und über alle Welt Herre zesinde.

w) *Albert. Argent. p.* 133: Qui cum adhuc esset Rotomagensis, Parisiis in praesentia Franci et Bohemi publicum sermonem faciens, ipsos contra Principem, quem nominavit *Baurum*, animavit, interpretans nomen *baurus* i. e. nesciens tergere barbam,

an die Stelle des frommen Benedictus trat (7 May 1342), neue Waffen gegen sich in die Hände. Der erste Versuch, die Unterhandlungen mit demselben wiederanzuknüpfen, endete mit einer neuen Bannbulle (12 Apr. 1343) x). Da dieselbe jetzt in Deutschland Eindruck machte, so entschloß sich Ludwig, alle Bedingungen, die ihm der Papst vorschrieb, einzugehen: indeß zur Antwort erhielt er neue Forderungen zurück y). Die deutschen Stände erkannten zwar auf dem

---

quia tantam dixit esse foeditatem oris sui, quod ipsam abjicere non valeret. (Statt *Baurus* muß *Bavarus* gelesen werden; welches er von bava, franz. bave, Geifer, ableitete, wie bavara Geifertuch).

x) *Raynald* ann. 1343. no. 43 ss.

y) *Albert. Argent. p* 133: Missisque iterum per Principem literis et nunciis ad Curiam et ad Francum ad sciscitandum causam impedimenti reformationis, cum ipse paratus esset omnia facere, quae sibi injungerentur a Papa: datoque responso per Francum, quod diceretur per Papam, quod non peteret eo modo gratiam, quo deberet; nunciisque (prout in mandatis habebant) dicentibus, quod daretur eis forma procuratorii Papae placens, secundum quam, qualiscunque esset, se petituros dicebant: conceptum est procuratorium turpissimum et rigidissimum (s. dass. b. *Gewold p.* 181. Olenschlagers Urkundenbuch S. 226), quod non credebant Ludovicum sigillaturum, etiamsi captus fuisset. Dabatur enim in eo potestas Humberto Delphino, avunculo Principis, item Augustensis et Babenbergensis ecclesiarum praepositis, item M. Ulrico cancellario suo, in solidum confitendi omnes errores et haereses; item resignandi Imperium, nec resumendi, nisi hoc fieret de gratia Papae, et se ac filios suos, ac bona ac statum suum in manus et voluntatem Papae ponendi, et multa insolita faciendi. Verum Princeps mandatum hujusmodi non solum sigillavit (s. die Urkunde v. 18 Sept. 1343 b. *Gewold p* 173. Olenschlager S. 234), sed etiam coram tabellione, misso per Papam, se servaturum nec revocaturum juravit. De quo Papa ipse et Collegium mirabantur, dicentes intra se: *iste*

Reichstage zu Frankfurt (Sept. 1344) an, daß dieselben den Rechten des Reiches widersprächen z): aber an die Stelle der Bereitwilligkeit, die Sache des Kaisers zu der ihrigen zu machen, trat jetzt bey Vielen Abneigung gegen den, dessen Persönlichkeit allein die Ruhe des Reiches störe aa). So

---

homo diffidentia est perplexus. Illisque quatuor procuratoribus juxta formam mandati jurantibus, ac pro articulis injunctionis et poenitentiae denuo instantibus, nec sine articulis abire volentibus, tandem Papa de consilio Collegii articulos, quos Principem facere voluit, qui non tangebant personam ejus, sed statum Imperii, assignavit. In diesen Artikeln (s. b. *Gewold p.* 195. Olenschlager S. 241) heißt es unter anderm: Concedit suis Procuratoribus potestatem pronunciandi, confitendi, nulla et falsa — omnia dicta et gesta sub Imperatorio aut Regio titulo; — item ejusmodi facta et negotia omnia, et unumquodlibet horum, tanquam injuste facta et gesta, revocandi, annullandi; — item promittendi sua vice, et nomine ejus et pro se, quod nihil faciet, ordinabit, aut mandabit sub Imperatorio titulo aut Regali, aut quivis alius illius vice, absque speciali concessione Sedis Romanae; — item promittendi sua vice, — quod non veniet, nec intrabit in terras Italiae, nec quidquam in illis mandabit nec ordinabit — sine speciali concessione sedis Romanae; — item dicendi ac promittendi, quod si in praescriptis articulis — aliquid esset dubium aut incertum, — quod tunc V. S. et successorum vestrorum interpretationem admittet, et sicut V. S. intellexerit, et pronuntiabit quomodo intelligi debeat, huic inviolabiliter et cum effectu stabit.

z) *Albert. Argent. p.* 134: illos articulos in perniciem et destructionem Imperii esse conceptos.

aa) Gleich nach dem Reichstage zu Frankfurt versammelten sich die Fürsten zur Verabredung weiterer Maasregeln in Rense (*Albert. Argent. l. c.*): dort erhoben sich aber Stimmen gegen Ludwig. *Jo. Vitoduranus p.* 75: Alii famant, quod Principes magnam displicentiam propter nimiam sui (Ludovici) humiliationem erga Papam conceperunt, quia culmini Regalis Imperialisque celsitu-

konnte Clemens in Deutschland selbst auf Beystand rechnen, als der Kaiser in Gemeinschaft mit Ludwig von Ungarn, der den Mord seines Bruders Andreas von Neapel († 1345) an dessen Wittwe Johanna rächen wollte, seine kaiserlichen Rechte in Italien wiederherzustellen beabsichtigte. Während der Papst die Mörderinn Johanna in seinen Schutz nahm bb), schleuderte

---

dinis derogaret: et ideo expresse sibi in faciem restiterunt non assentiendo sed contradicendo aperte suae excessivae ac indebitae erga Papam humiliationi. Fertur quoque, quod iidem Principes aegre ferentes, et amaro animo sustinentes remissionem et negligentiam Imperatoris, tanquam causam destructionis Imperii, ab eo seriose postulabant, ut filium Regis Boemiae [Carolum Marchgravium Moraviae] sibi subrogaret in Regem Alemaniae. Quem recusans, filium, Marchgravium Brandenburgensem pro Rege praesentavit: quem ipsi similiter abjicientes ab eo indignanter discesserunt. Regnum tantum periit et debilitatum est sub te Bavaro, dixerunt ad invicem, quare summopere praecavendum est, ne deinceps ad Bavaros transferatur. Tamen, antequam ab invicem divellerentur, quemadmodum fama communis me instruxit, decreverunt concorditer cum Imperatore, quod ultra a Papa gratiam quaerere non attemptaret, quam totiens irrationabiliter sibi senserat denegatam.

bb) Die allgemeine Meynung gab der Johanna die Schuld des Mordes, oder wenigstens einen Antheil an derselben, vgl. die Zeitgenossen *Dominicus de Gravina* de rebus in Apulia gestis (in Muratorii Scriptt. Rer. It. T. XII.) *Jo. Villani* lib. XII. c. 50. *Heinr. de Rebdorff* ad ann. 1345. — *Albert. Argent p.* 130 sogar: De quo crimine non solum uxor et princeps Taranti, sed et Papa et aliqui Cardinalium tenebantur suspecti; u. *Martinus Minorita* (in *Eccard* corpus hist. medii aevi T. I. p. 1635): Hoc flagitium multi aemuli Papae et IV Cardinalibus suis impingunt; Papa vero in die sanctae Coenae publice in Consistorio se de hoc crimine expurgavit etc. Diesen Verdacht hatte sich aber der Papst durch sein Benehmen selbst zugezogen. Bey der von ihm befohlenen Untersuchung nahm Johanna eifrig einige Angeklagte

er gegen den Kaiser den entsetzlichsten Bannfluch (13 Apr. 1346), forderte die Churfürsten zu einer neuen Wahl auf cc), be-

---

in Schutz, u. der Papst klagt selbst praetermissum aliquorum sontium supplicium (*Raynald.* ann. 1346 no. 51): über Johanna versprach Clemens dem Kg. v. Ungarn als Lehnsherr streng inquiriren zu lassen; als aber ein päpstl. Legat zu diesem Zwecke erschien, wurde er von Johanna zurückgewiesen (no. 58), ohne daß Clemens den sonst immer bereiten Bannstrahl geschleudert hätte. Dagegen drohete er dem Kge. v. Ungarn mit dem Banne, wenn er Neapel angreifen würde (no. 56).

cc) Bannfluch vom grünen Donnerstage den 13ten Apr. b. *Raynald ann.* 1346 *no.* 3 ss. Sane considerantes attentius, quod praedecessor noster in processibus suis Ludovicum declaravit schismaticum et haereticum manifestum, — declarans eundem in omnes poenas inflictas schismaticis et haereticis per sacros canones et catholicorum principum leges incidisse (§. 97 not. x): — aliquas ex poenis ipsius tenore praesentium ad cautelam duximus exprimendas. Siquidem secundum condemnationem — praedecessoris ejusdem praefatus Ludovicus infamis existit, nec ad publica officia, vel ad eligendos aliquos ad ea, aut ad testimonium perhibendum, vel ad haereditatem seu successionem alicujus est admittendus, nec testamenti habet liberam factionem; nullusque ipsi super quocunque negotio, sed ipse aliis est respondere cogendus: nullae causae ad ipsius sunt audientiam deferendae: sententiae quoque per eum latae nullam obtinent firmitatem: nullus advocatus in causis ejus patrocinium praestare, nullusque notarius pro factis sive causis ipsius publica debet conficere instrumenta. Omnis audientia est ipsi in quocumque negotio deneganda, omnisque proclamationis et appellationis beneficium ei est specialiter interdictum: universa ejus bona sunt perpetuo confiscata, ejusque filii et nepotes ad nullum sunt unquam beneficium ecclesiasticum, nullumque publicum officium admittendi. Cunctis fidelibus cum dicto Ludovico, nisi pro ipsius conversione et animarum salute, est communio interdicta; ipseque moriens carere debet ecclesiastica se-

stimmte aber zugleich selbst den ihm ergebenen Sohn des Königs

---

pultura. Omnes saeculares potestates ipsum Ludovicum de terris eorum jurisdictioni subjectis pro viribus exterminare jubentur. Dann der gräßliche Bannfluch selbst: divinam suppliciter imploramus potentiam, ut Ludovici praefati confutet insaniam, deprimat et elidat superbiam, et eum dexterae suae virtute prosternat, ipsumque in manibus inimicorum suorum et eum persequentium concludat, et tradat corruentem ante ipsos. Veniat ei laqueus quem ignorat, et cadat in ipsum. Sit maledictus ingrediens, sit maledictus egrediens. Percutiat eum Dominus amentia, et caecitate, ac mentis furore. Caelum super eum fulgura mittat. Omnipotentis Dei ira et beatorum Petri et Pauli, quorum ecclesiam praesumpsit et praesumit suo posse confundere, in hoc et futuro saeculo exardescat in ipsum. Orbis terrarum pugnet contra eum: aperiatur terra, et ipsum absorbeat vivum. In generatione una deleatur nomen ejus, et dispereat de terra memoria ejus. Cuncta elementa sint ei contraria. Habitatio ejus fiat deserta, et omnia Sanctorum quiescentium merita illum confundant, et in hac vita super eum apertam vindictam ostendant, filiique ipsius ejiciantur de habitationibus suis, et videntibus ejus oculis in manibus hostium eos perdentium concludantur. Porro quia Romanum Imperium — jam per longa tempora dignoscitur vacavisse; — nos hoc ulterius tolerare nolentes, — omnes et singulos principes ecclesiasticos et saeculares, ad quos Regem in Imperatorem postmodum promovendum jus pertinet eligendi, praesentium tenore apostolica auctoritate monemus, districtius injungentes eisdem, quatenus sine morae dispendio pro electione Regis in Imperatorem postmodum promovendi de persona idonea facienda conveniant, et ad electionem ipsam procedere non postponant. *Alioquin sedes ipsa, a qua jus et potestas electionis praedictae ad principes pervenit eosdem, super hoc de opportuno remedio providebit.* Eine besondere Aufforderung an die Churfürsten dd. 28 Apr. 1346 ibid. no. 9 ss. In derselben erklärte er Ludwig Markgr. v. Brandenburg für unfähig zur Theilnahme an der

Johann v. Böhmen als **Carln IV.** zum röm. Kaiser (22 Apr.) dd). Um demselben die Mehrzahl der Wahlstimmen zu

---

Wahl: den übrigen Churfürsten aber: illi ex vobis, qui propter favorem — Ludovici essent forsitan praedictis excommunicationum sententiis innodati, dummodo ab illis desistant, — ne dictum negotium (electionis) impediri valeat propter hoc, absolventur juxta formam Ecclesiae consuetam.

dd) Carl hatte schon, als er in seiner Jugend sich 2 Jahre in Paris aufhielt, mit Clemens, damals Petrus Abbas Fiscanensis u. Rath des Königs Philipp, in genauer Verbindung gestanden: er erzählt selbst in dem *Commentarius de vita sua* in *Freheri* Rerum Boh. Scriptt. Hanov. 1602 fol. p. 89: me multum caritative ac paterne confovebat de sacra scriptura me saepius informando. Als Carl später einst in Avignon war, wohnte er bey dem indeß Cardinal u. Erzb. v. Rouen gewordenen (*ibid. p.* 103): dixitque una hora mecum existens in domo sua: *tu eris adhuc rex Romanorum.* Cui respondi: *tu eris ante Papa.* Quod utrumque secutum est, prout infra describetur. Die Bedingungen zu welchen sich Carl als künftiger röm. König in Avignon d. 22 Apr. anheischig machen mußte, s. *Raynald ann.* 1346 *no.* 19 *ss.* U. a. promitto et juro, quod omnes processus factos, — et quaecunque alia—gesta per Ludovicum de Bavaria, per Ecclesiam de haeresi et schismate justo judicio condemnatum — nulla esse ac cassa et irrita pronuntiabo et declarabo, illa etiam, quatenus processerunt de facto, annullando et penitus revocando. Dann verbürgt er alle Besitzungen der Kirche, auch regna Siciliae, Sardiniae et Corsicae, quae de directo dominio, jure et feudo ejusdem Romanae Ecclesiae esse noscuntur: — nec aliquod dominium, jurisdictionem, superioritatem, servitutem, potestariam, capitaneatum, vel aliud officium, quocunque nomine censeatur, accipiam vel vendicabo — in praedictis Roma, regnis, provinciis, ducatibus, comitatibus — et territoriis supradictis. — Promitto ut supra, quod ante diem, mihi pro coronatione imperiali praefigendam, non ingrediar urbem Romanam, quodque — ipsa die, qua coronam hujusmodi recepero —

gewinnen, entsetzte er den Erzb. v. Mainz Heinrich v. Virneburg (7 Apr.), und ernannte an seine Stelle den Grafen Gerlach v. Nassau ee): bey den übrigen Wählern wurden Mittel aller Art in Bewegung gesetzt ff): und so wurde Carl

---

dictam urbem — exibo cum tota — gente mea, et — extra totam terram Romanae Ecclesiae me recto gressu transferam versus terras imperio subjectas, nunquam postmodum ad urbem, regna praedicta Siciliae, Sardiniae, Corsicae, — vel alias terras Romanae Ecclesiae, nisi de speciali licentia Sedis Apostolicae accessurus. — Item si per Henricum Imp. avum meum, vel per jam dictum Ludovicum, seu per quemcunque alium — fuerint aliqua ad jurisdictionem pertinentia attentata in Roma, regnis etc. promitto et juro, quod illa omnia decernam et pronuntiabo nulla: quodque si aliquae fidelitates, homagia — donationes — seu concessiones qualescunque a praedictis domino Henrico et Ludovico — factae fuerint vel receptae pro Roma, regnis etc. illa omnia nulla fore pronuntiabo, et quatenus processerunt de facto, totaliter revocabo. — Promitto etiam bona fide, quod intrusos in ecclesiis infra — imperium consistentibus, si — super hoc per vos dominum nostrum Papam — fuero requisitus, expellam ac pro posse faciam expelli de illis: et provisos per sedem Apostolicam juvabo et faciam juvari, ut ad ecclesias, quibus de eis per sedem Apostolicam provisum est vel fuit, in futurum realiter admittantur.

ee) Urkunden b. *Raynald ann.* 1346 *no.* 12 *ss.*

ff) *Alb. Argent.* p. 135: pro quo facto praedicti Coloniensis et dux Saxoniae magna pecunia sunt corrupti. cf. *Schaten* Ann. Paderborn. p. 310. Daß dieß nicht, wie *Raynald* ann. 1346 no. 31 will, Verläumdung ist, ist jetzt durch 2 Urkunden Johannes v. Böhmen v. Jun. 1346 erwiesen. In der Einen verheißt er Churcöln für dessen Wahlstimme eine große Menge kaiserl. Bewilligungen, namentl. 100000 Mark Silbers, u. als Unterpfand Stadt u. Freygraffschaft Dortmund u. die Vogtey v. Essen, in *Bodmann* codex epist. Rodolfi I Lips. 1806. 8. p. 339: in der zweyten verspricht er in kurzem 40000 Riale zu zahlen (*ibid.*

wirklich durch fünf Churstimmen in Rense gewählt (11 Jul.) gg). Das unwürdige Getriebe konnte bey den übrigen Ständen nur zu Ludwigs Gunsten wirken hh), und dieser behielt so sehr die Uebermacht im Reiche, daß der Priesterkayser ii) nach Frankreich fliehen mußte kk). Auch nach dem Tode dieses wackern Kaisers (11 Oct. 1347) ll) erreichte Carl seine

---

p. 383). — Obenein erhielten die Churfürsten die päpstl. Absolution. *Raynald ann.* 1346 *no.* 31. Uebrigens erzählt *Jo. Vitoduranus* p. 78 schon v. J. 1345: Tunc temporis religiosi et saeculares Clerici, qui divinum cultum in locis Imperialibus vel aliis interdicto suppositis resumpserant, absolutionem ab hoc a Romana Curia impetrarunt, aliis Clericis in eisdem locis libere et absque pavore in celebratione persistentibus. Hujusmodi autem absolutio pro uno floreno facillime obtinebatur. O quam lamentabilis et execrabilis scissura et difformitas Ecclesiae illis in temporibus facta est! Hoc verbum Evangelii: *gratis accepistis*, *gratis date*, irritum visum est.

gg) der neue Erzb. v. Mainz hatte von Metz aus d. 20 May zur Wahl eingeladen, s. Urkunde b. *Bodmann p.* 382. Ueber die Wahl selbst *Alb. Argent. p.* 135.

hh) *Alb. Argent. p.* 139. — Jac. v. Königshoven S. 180: Donoch besamete Keyser Ludwig alle Stette und Herren von dem Ryne und Swoben und Franken zu Spire, und frogete sü, ob sü in woltent haben für einen Keyser, oder Karlen, den die Kurfürsten erwelet hettent. Do entwurtent die Stette und Herren alle, sü woltent in für einen rehten Keyser haben, und woltent sich an des Karlens Erwelung noch an des Bobestes Briefe nütschet keren.

ii) *Jo. Villani* XII, c. 59: per dispetto della detta elezione per li più si chiama *lo'mperadore de' preti.*

kk) *Jo. Vitoduranus* p. 80: perterritus a coepto itinere et opere resiliens, ad Regem Franciae protinus refugiebat.

ll) Merkwürdig, daß mehrere spätere Päpste z. B. Eugenius IV, Innocentius VIII, Alexander VI, auch das Concil. v. Basel ihn ehrenvoll Divae memoriae Ludov. Rom. Imperatorem nennen,

Absicht nicht sogleich; die päpstliche Absolution, die er den Deutschen mitbrachte, um ihre Neigung zu gewinnen, machte ihn nur verächtlich mm); man wollte keinen Kaiser, der den

---

s. *Herwart* praef. p. VIII. Am schimpflichsten behandelte ihn *Bzovius* Ann. Eccl. T. I P. I p. 412 ss. der die Gegenschriften des Herwart u. Gewold veranlaßte, u. durch d. Herz. Maximilian v. Bayern zum Widerruf genöthigt wurde (s. *Bayle* Dict. art. Bzovius). Aber auch Raynald u. selbst Muratori Annali d'Italie T. VIII. bezeichnen die Jahre 1314—1346 als vacante Imperio.

mm) *Albert. Argent. p.* 142: Venit autem Rex Basileam in vigilia Thomae anno Dom. 1348, ubi interdictum Papale diu servatum fuit, nec Basilienses eum recipere intenderant, nisi divina rehaberent. Et ecce in sero venit Marquardus de Randecke praepositus Babenbergensis de Curia Avinionensi, ferens commissionem factam Babenbergensi Episcopo, et absolutionibus et relaxationibus impendendis. — Summa autem commissionis Babenbergensi Episcopo factae talis erat: *Cum multi, qui sententias, processus et poenas Joannis Papae, inflictas adhaerentibus quondam Ludovico de Bavaria haeretico et de haeresi damnato,* [*incurrerunt*], *redire cupiant ad ecclesiae unitatem: committimus tibi, ut, qui confessi fuerint errores suos confessatos et non confessatos, et poenas, quas inciderunt explicite vel implicite, et juraverint, deinceps fidem catholicam habere, et fideles fore sedi Apostolicae, et nulli deinceps haeretico vel schismatico favere, et credere, quod non spectat ad Imperatorem, Papam deponere, et alium creare, sed hoc haeresim esse damnatam: et quod nullum pro Imperatore habebunt, nisi per sedem Apostolicam probatum, nec relictae* (Wittwe) *et liberis ipsius Ludovici favebunt, nisi cum ecclesia reformentur, et Carolo Romanorum regi per sedem approbato parebunt; ab hujusmodi sententiis et poenis absolvas etc.* (cf. *Raynald ann.* 1349 *no.* 15). Visa autem forma hujusmodi dura omnibus displicente, aliqui consuluerunt, eam non acceptandam esse per Regem, sed occultandam, et pro alia forma Papae scribendum. Sed quia timor erat, Basilienses non juraturos Regi, nisi reformarentur divina, re-

Pfaffen diente, sondern der sie in ihre ursprünglichen Schranken zurück nöthigte nn); die bayerische Parthey stellete Gün-

---

scriptum oportuit exhiberi. Cum autem cives nec errores vellent fateri, nec secundum formam jurare; clerus autem quasi poenitens quod cessavit, etsi non tam occasionem quaereret celebrandi, animo nunquam mandata similia receptandi: ecce comparuerunt Magistri et Consules Basilienses coram Rege, et praedictis Episcopis; — coram quibus Chunradus de Berenvels magister civitatis, nomine universitatis vulgariter coram tabellione proposuit in haec verba: Domine Bambergensis, sciatis, quod nec fateri nec credere volumus, quod quondam dominus noster Ludovicus Rom. Imp. unquam fuerit haereticus. Quemcunque etiam nobis dederint Principes Electores, vel major pars ex eis, pro Romanorum rege vel Imperatore, illum pro tali habebimus, etiamsi nunquam Papam requireret: nec quicquam aliud faciemus, quod sit contra jura Imperii quovis modo. Sed si habetis potestatem a domino Papa, quod vultis nobis remittere omnia peccata nostra, placet. Et convertens se ad populum, dixit: Datis mihi et Chunrado Monacho potestatem petendi, ut absolvamini a peccatis vestris? Qui dicebant: placet nobis. Nec aliud procuratorium habuerunt. Qui duo milites seorsum coram Secretario Papae, Joanne de Pistorio praesente, juraverunt secundum mandati formam, sicque relaxatis processibus divina publice sunt reassumpta, civesque regi solitum praestiterunt juramentum. — Civitates autem, praesertim Argentina, exasperatae fuerunt propter formam hujusmodi.—Als Carl nach Worms kam, wo das Interdict bisher nicht gehalten war, ließ sich der Clerus absolviren, und wollte nun dem Volke keinen Gottesdienst halten: aber factus est tumultus, clausisque portis omnibus populus ad hospitium Regis, ad quod Bambergensis confugerat, armatus accessit, ipseque Bambergensis mandante Rege territo omnem clerum et populum Wormatiensem sine omni conditione et juramento absolvit. — Post haec Rex ivit *Moguntiam*, ubi sub pacto ne introduceret Gerlacum provisum Papae, vel aliquas legi literas permitteret, honorifice est receptus.

nn) Dieß spricht sich besonders in der jetzt mit erneueter Kraft

wieder erwachenden Hoffnung der Rückkehr Friedrichs II (s. Abth. 2 §. 88 not. bb), aus, wie sie *Jo. Vitoduranus p.* 85 zum Jahre 1348, mit welchem er schließt, also aus unmittelbarer Anschauung, schildert: In his temporibus apud homines diversi generis, immo cuncti generis multos valde assertissime vulgabatur, Imperatorem Fridericum secundum hujus nominis ad reformandum statum omnino depravatum Ecclesiae venturum in robore maximo potentatus. Adjiciunt quoque homines praedicta sentientes, quod necesse sit eum venire, si in mille partes secatus esset, immo si in pulverem per combustionem redactus foret, eo quod divinitus sit decretum ita debere fieri, quod immutari impossibile est. Secundum igitur istam assertionem cum resuscitatus ad Imperii sui culmen reversus fuerit, puellae vel foeminae pauperi in matrimonio junget virum divitem, et e converso; moniales et sorores in saeculo degentes maritabit, monachos uxorabit; pupillis, orphanis, viduis omnibus et singulis spoliatis res ablatas restituet, cunctisque faciet justitiae complementum. Clericos persequetur adeo atrociter, quod coronas et tonsuras suas stercore bovino, si aliud tegumentum non habuerint, obducent, ne appareant tonsorati: religiosos, qui denunciando processus Papales contra eum, praecipue fratres minores, ipsum de Imperio repulerant, de terra fugabit. Post resumptum Imperium justius et gloriosius gubernatum quam ante, cum exercitu copioso transfretabit, et in monte Oliveti, vel apud arborem aridam (*Matth.* 21, 19) Imperium resignabit. Der Erzähler nennt zwar diese Hoffnung dementia magna et fatuitas; daß aber ihm — dem Franciscaner — und somit wohl einem großen Theile der Nation, dieselben Gesinnungen nicht fremd waren, aus denen jene Erwartung damals hervorging, erhellt aus seiner poetischen Expectoration p. 69:

Ecclesiae capita nimis extant obtenebrata,
Delirant penitus Sathana delusa patenter,
Disceptant pariter, quod vigeat latius,
Primum Romanus Caesar, sed Papa secundum.
— — — — — — —
Dimissis rebus coelestibus atque beatis
Contendunt regnis pro terrenis capiendis,

ther von Schwarzburg zum Gegenkönig auf oo): Carl mußte durch Bewilligungen aller Art seine Gegner zu ge-

---

Schismata quod dederat perniciosa satis.
Alter in alterius messem falcem male mittit:
Neuter jure suo contentari bene sentit:
Hinc pereunt animae, vivere quae poterant.
Vox Constantini. Regis temporibus almi
De coelis lapsa, dicens fore fusa venena (s. Abth. 2 §. 54 not. kk)
In terris patuit, nunc et in acta ruit.
Papa cupit nimium sibi terras esse subactas:
Sed Rex Romanus negat hoc, simul atque reclamat.
Sic neuter remanet proprietate sua.
Rex Constantinus cum successoribus ejus
Si Papae regna tam pinguia non tribuisset,
Tunc humilis staret, simplicitate pia.
Hinc non immerito vox coelestis resonabat:
Nunc est in mundum virus miserabile fusum,
Unde perit concors Ecclesiae bonitas.
Sed quia dotavit Caesar nimis atque ditavit
Fertilibus terris Papas, ideo tumuerunt,
Et cupidi certant carpere plura bona.
Rex gliscit terras sibi cunctas subpeditari,
Multo plus Papa cupit ipsis praedominari.
Haec pestis saeva causata avaritia.
Ecclesiam nummus vilem fecit meretricem,
Nam pro mercede scortum dat se cupienti:
Nummus cuncta facit, nil bene justitia,
Cunctis prostituens pro munere seque venalem,
Singula facta negat, vel agit pro stipite solo;
Divino zelo nulla fere peragit.
Sed quis praevaleat, fit decertatio longa,
Et plus quis capiat ab eis, sententia fertur
Morbida, multimoda, quae ratione caret.

oo) *Alb. Argent. p.* 145-152.

winnen suchen pp), und war sogar fügsam genug sich noch einmal wählen und krönen zu lassen (Jul. 1349). qq).

Johanna v. Neapel hatte indeß an Clemens die Grafschaft Avignon verkauft (1348), um zum Kriege gegen Ludwig von Ungarn Geld zu erhalten rr): endlich erhielt der

---

pp) Dazu gehörten denn auch (*Jo. Vitodur. p.* 48) relaxatio interdicti, dispensationes, absolutiones ab excommunicationibus, suspensionibus, irregularitatibus contractis et ab aliis censuris ecclesiasticis. Haec beneficia administrabant hominibus Praelati plures in diversis partibus terrae Teutoniae, quibus Papa ea commisit. Hac autem gratiae tantum impertiebantur hominibus Regi juratis a Praelatis. Auch den Markgraf Ludwig v. Brandenburg gewann Carl endlich, *Heinr. de Rebdorff* ad ann. 1349: comitatum Tirolis et omnem terram quam tenuit in Alpibus concessit, et apud dominum Papam obtinere promisit dispensationem super matrimonio cum filia Ducis Carinthiae — per ipsum de facto contracto; — ac multos alios casus apud sedem Apostolicam et alios terminare promisit. Dies letzte gelang aber nicht so bald: erst 1359 wurde Ludwig nach demüthigem Sündenbekenntniße absolvirt (*Raynald ad h. a. no.* 7 *ss.*)

qq) Olenschlagers Staatsgeschichte S. 411.

rr) Die höchst unzüchtige Johanna hatte sich ohne die päpstl. Dispensation abzuwarten mit ihrem Blutsverwandten Ludwig v. Tarent schon d. 20 Aug. 1347 wieder verheirathet (s. *Jo. Villani* XII. c. 98 b. *Muratori* XIII p. 976. *Matth. Palmerius de vita Nicol. Acciajoli.* Ebend. p. 1207) u. kam jetzt, v. Ludwig v. Ungarn aus Neapel vertrieben, Hülfe suchend nach Avignon. Obgleich sie hier fortwährend jede Untersuchung wegen der Ermordung ihres Gemahls ablehnte (*Raynald ann.* 1348 *no.* 11); so wurde doch mit jenem Kaufe die nöthige Dispensation zu ihrer Heyrath berichtigt: *Tertia vita Clementis* VI (*Baluz.* Vitae PP. Aven. T. I. p. 292): Regina autem cum filio Principis Tarentini matrimonium propria auctoritate contraxit, qui se secundo gradu consanguinitatis attinebant. Tandem ad Romanam curiam venientes pro dispensatione obtinenda, obtinuerunt. Ipsi vero multum gravati super expensis, non inveniebant consilium de quo possent ad locum pro-

Papst, daß beyde Theile ihn als Schiedsrichter anerkannten, er entschied für Johanna, und sie kehrte auf den blutbefleckten Thron zurück (1351) ss).

§. 99.

Innocentius VI (18 Dec. 1352 — 12 Sept. 1362). Urbanus V (28 Oct. 1362 — 19 Dec. 1370). Gregor XI (30 Dec. 1370 — 27 März 1378).

Durch den Streit der Päpste mit Ludwig dem Bayern war zwar viele gesunde Erkenntniß über den Zustand der Kirche und des Papstthums hervorgefördert und verbreitet a):

---

prium [redire]. Quod dictus Pontifex circumspectus et providus velut Argus advertens, tanquam ille quem zelus domus Domini comedebat, opportunis exquisitis tractatibus et cautis intermediis viis, civitatem Avenionensem — omni modo juris meliori quo potuit emit a Regina praedicta pro pretio invicem concordato. Et sic Regina et ejus socius per venditionem hujusmodi pecunia redundantes simul in regnum redierunt. *Matth. Palmerius* p. 1208: jura Dominatus, quae Regina in civitatem populumque Avenionensem habebat, Romano Pontifici vendidit, et ab eodem tunc primum Pontifice Ludovicus titulos Regios accepit. Der Kaufpreis war 80000 Goldgulden, die Urkunde v. 9 Jun. 1348 in *Bzovii Ann.* Eccl. ad h. a. no. 10 *Leibnitii* Cod. jur. gent. P. I p. 200.

ss) *Matth. Villani* II, c. 24. c. 41. c. 65. *Raynald* ann. 1350 no. 27. 1351 no. 32. 1352 no. 1.

a) Insbes. in Frankreich. Daß der Papst im Weltlichen keine Macht über die Fürsten habe, war hier seit Philipp dem Schönen allgemein angenommen, u. wurde um 1370 von *Raoul de Praelles*, Conseiller et Maistre de Requestes auf Befehl des Königs Carl V in dem *Tract. de potestate pontificali et imperiali seu regia* (in *Goldasti Monarchia T.* I *p.* 39) ausführlich erwiesen. Noch bedeutender ist aber das gleichzeitig von einem Unbekannten dem Könige Carl V gewidmete *Somnium Viridarii*

aber es fehlte derselben innerlich noch an Uebereinstimmung und meistens an fester Begründung, und äußerlich an einem einigenden Mittelpuncte und an dem Gefühle der Kraft und Sicherheit. Daher waren denn auch während dieses Kampfes die bessern Ueberzeugungen nicht selten aus politischen Gründen verläugnet, und der scheinbar allen päpstlichen Erwartungen entsprechende Erfolg dieses Kampfes gab den Fürsten von neuem die Lehre, daß es zu einem entscheidenden Kampfe mit dem Papstthume noch nicht Zeit sey. Auf der andern Seite fingen aber auch die Päpste an zu fühlen, daß die festeste Stütze ihrer Macht, die öffentliche Meynung, morsch zu werden begänne. Daher finden wir bey ihnen statt jener empörenden Unversöhnlichkeit, die Ludwig der Bayer erfahren mußte, jetzt gegen mächtige Sünder, wie namentlich gegen **Peter** den Grausamen, König von Castilien b), eine

---

de jurisdictione regia et sacerdotali (latein. übers. in *Goldasti Monarchia* I, p. 58, das franz. Original in d. Traitez des Droits et libertez de l'eglise Gallicane T. II p. 1), in welchem die Anmaßungen der Geistlichen u. der Päpste von einem Clericus vertheidigt, u. von einem Miles bestritten werden. Die Ansichten des Letzteren, der sogar p. 79 die ursprüngl. Gleichheit aller Bischöfe und das allmählige Emporkommen der päpstl. Macht ganz nach Marsilius Patavinus (s. oben §. 97 not. n) schildert, sind offenbar die des Vfs, und werden mit überwiegenden Gründen geltend gemacht. Am Ende überläßt der Somnians freylich alles dem Urtheil der römischen Kirche: illud credo, teneo et firmiter profiteor, quod ipsa sacrosancta eccl. Romana credit, tenet atque profitetur: necnon et illud teneo et credo verum, quod ipsa duxit statuendum in Extravaganti quae incipit *Unam sanctam*: aber grade die Erwähnung der Bulle Unam sanctam gegen einen Kg. v. Frankreich scheint fast auf Ironie zu deuten.

b) welcher freilich die göttlichen Gesetze mehr, als das päpstliche Interesse verletzte. Dieses Ungeheuer, dessen ganze Regierung eine Kette von Schandthaten war, verstieß gleich nach der Ver-

milde Nachsicht, die schon mit dem Scheine einer Genugthuung zufrieden gern zur Versöhnung bereit war.

In Italien, wo die religiöse Achtung gegen das Papstthum schon längst gesunken war, schien dasselbe gegenwärtig nur noch eine politische Geltung zu haben. Da die meisten Städte des Kirchenstaats sich der päpstlichen Herrschaft ent-

---

mählung seine Gemahlinn Blanka einer Buhlerinn Maria de Padilla wegen (1353), ließ sich dann durch zwey Landesbischöfe von jener scheiden, und heirathete eine dritte (*Raynald* 1354 *no.* 21). Nun erfolgte endlich der Bann (*ibid.* 1355 *no.* 29): da zugleich bedenkliche Empörungen entstanden, so nahm Peter die Blanka wieder an, aber nur um sie gleich darauf wieder zu verstoßen (*ibid. no.* 31). Der Tyrann häufte jetzt Mordthat auf Mordthat: der Papst ließ es wegen der Blanca bey Bitten u. Vorstellungen bewenden (*Rayn.* 1356 no. 38. 1357 no. 10), drohete zwar ernstlicher, als Petrus die Güter einiger Cardinäle in seinem Reiche einziehen ließ (ib. 1356 no. 40), strebte aber besonders seinen Vasallen Petrus v. Aragon vor der castilischen Uebermacht zu retten. Ein Legat vermittelte einen Waffenstillstand: als Peter v. Castilien denselben brach, fiel er zwar in den Bann (*ibid.* 1357 no. 9): dennoch fuhr der Papst fort, ihn als carissimum in Christo durch einen neuen Legaten zum Frieden mit Aragonien einzuladen (*ibid.* 1359 no. 2). Petrus ging denselben ein, um die Mauren bekriegen zu können: die Bitten des Papstes, seine Gemahlinn wieder aufzunehmen, beantwortete er dadurch, daß er dieselbe vergiften ließ (*ibid.* 1361 *no.* 6). Bald brach er den Frieden mit Aragonien, und schlachtete die Ew. von Calatajuba, einer aragon. Stadt, die sich nicht sogleich ergab. Der von dem Legaten deshalb ausgesprochene Bann (*ib.* 1362 *no.* 18) war bald vergessen: und Urbanus V überhäufte den Tyrannen mit den größten Lobsprüchen, als derselbe ihm seine Hülfe gegen räuberische Söldnerbanden anbot, die Avignon bedroheten (*ib.* 1365 *no.* 7), obgleich alle päpstl. Versuche den Frieden zwischen ihm und Aragonien zu vermitteln (ib. 1364 no. 18. 1366 no. 30) fruchtlos blieben.

zogen hatten, sandte Innocentius VI. den kriegerischen Cardinal Aegidius Albornoz 1353 dorthin, um sie wieder zu unterwerfen c). Carl IV, der 1354 seinen Römerzug antrat, begnügte sich, seinen frühern Versprechungen treu, in Italien den eiteln Schmuck zweyer Kronen zu empfangen, ohne die Verhältniße zur Herstellung der Rechte derselben zu benutzen d). So konnte jener geistliche Feldherr, den ganzen Kirchenstaat ungehindert wieder zum Gehorsam bringen. Als er aber sein Werk damit vollendete, daß er (1360) auch Bologna dem mächtigen Bernabo Visconte, Beherrscher v. Mayland, wieder entriß e); da fand er in die-

---

c) Ueber seine Unternehmungen s. bes. Matteo Villani von lib. III c. 84 an.

d) Wie die Erwartungen der Italiäner von ihm getäuscht wurden, s. *Petrarchae Epistt.* 3–5 (b. *Goldast* Monarchia II, p. 1350 ss.) an ihn. *Ep.* III: Ergo tu Caesar, quod avus tuus innumerique alii tanto sanguine quaesierunt tantisque laboribus, sine labore adeptus complanatam apertamque Italiam, patens limen urbis Romae, sceptrum facile, imperturbatum ac pacificum Imperium, incruenta diademata, — haec linquis, et — ad barbarica rursum regna revolveris? Non audeo clare tibi dicere, quod mens resque exigunt, ne te verbo contristem, qui me et mundum facto contristas tuo. — O si in ipsis Alpium jugis avus tibi nunc paterque fiant obvii, quid dicturos putas? — Profecisti eximie, ingens Caesar, hoc tuo per tot annos dilato in Italiam adventu, et festinato abitu refers demum istud ferreum, illud aureum diadema, simul ac sterile nomen Imperii. *Ep.* IV: vereor, ne — jam Pontifex Romanus Principem Romae esse vetuerit, *quod et fama loquitur*, et fuga Caesaris indicio est, qui non cupidius Italiam petiit, quam reliquit.

e) Clemens VI hatte 1352 Bologna dem Johannes Visconte Erzb. u. Herrn v. Mayland u. dessen Familie auf 12 Jahr überlassen müssen (*Raynald ann.* 1352 *no.* 7 *ss.*). Durch List entriß es der Legat vor Ablauf dieser Zeit dem Bernabo (*Matteo Villani* IX, 74 *ss. Raynald ann.* 1360 *no.* 6 *ss.*).

sem einen Gegner, dem jede Scheu vor Kirche und Papstthum fremd war f). Zwar schleuderte Urbanus V unter den schwersten Anklagen den Bann gegen denselben, und ließ das Kreuz gegen ihn predigen (1363) g); aber bald darauf

---

f) Jacob v. Königshoven S. 203 läßt Urbanus V dem Kaiser Carl IV klagen, »das er vor e er Bobest wart, eines moles wert »gesant zu den Herren von Meyelon und brohte den Briefe von »des Bobestes wegen. Dise Briefe gevielent den Herren von »Meyelon nüt wol. dovon hiessent sü disen Urbanum die Briefe »essen, und dotent ime ouch vile andere Smocheit, und hiessent »in balde enweg varn. Dis muste Urbanus alles tun.«

g) Bulle v. 30 Nov. 1362, worin Bernabo vorgefordert wird, voll der schwersten Anklagen (*Raynald ad h. a. no.* 12) z. B. Robertum Archiepiscopum Mediolanensem, pro eo quod quendam monachum — noluerat — ad ordinem promovere, ad suam praesentiam accedere compulerat, omnique reverentia Dei et officii pontificalis, abjecta eidem Archiepiscopo sermonibus contumeliosis, multis ibidem praesentibus, dixerat: *Genuflecte ribalde* (Taugenichts); et cum sic genuflexus existeret, adjecerat: *Nescis, pultrone* (Poltron), *quod ego sum Papa et Imperator ac dominus in omnibus terris meis, et quod nec Imperator, immo nec Deus posset in terris meis facere, nisi quod vellem?* — ipsumque Archiepiscopum deinde post multa ignominiosa opprobria sibi dicta in quadam camera recludi ausu sacrilego fecerat. — Per civitates, castra, villas et loca, quae tenebat, fecerat etiam publice proclamari, quod nullus — sub poena concremationis ad dicti praedecessoris (Innocentii VI), seu etiam — Apostolicae sedis legati curias praesumeret accedere, aut inibi gratiam vel aliud impetrare, seu eidem praedecessori, aut dicto legato de aliquibus — respondere, aut dare consilium, auxilium vel favorem; quodque absque ejus vel cujusdam sui familiaris Gerardoli nomine, quem vulgus Papam nominat, licentia nulla electio — seu provisio fieret in ecclesiis ac monasteriis: — Apostolicas et legatorum Apostolicae sedis ac inquisitorum haereticae pravitatis literas et processus, ac etiam literas clausas, quae jam dicto praedecessori et eisdem Cardinalibus — de di-

fand er es doch gerathen, mit dem rücksichtslosen Italiäner Friede auf gleiche Bedingungen zu machen (1364) h). Ur-

versis mundi partibus mittebantur, aperiri, legi, et saepissime lacerari, eorumque latores capi et carceribus mancipari. Außerdem klagt der Papst nach Raynalds Relation: varia crudelitatis genera a Bernabone in sacerdotes et viros religiosos injuste exercita, alios in cavea ferrea flammis exustos, alios in equuleo discruciatos, alios amputatos capite etc. — eo etiam prorupisse, ut Parmensem sacerdotem turrim conscendere, atque ex ea Innocentium VI et Cardinales anathemate defixos proclamare cogeret: ad suam vero ac suorum satellitum avaritiam satiandam in bona ecclesiastica adeo grassatum, ut plures sacerdotum vectigalibus exuti divina ministeria abjecerint etc. Da Bernabo die Ladung nicht beachtete, so wurde er d. 5ten März 1363 verurtheilt, *Raynald ann.* 1363 *no.* 2: — velut haereticum condemnamus, decernentes, — eundem Bernabonem militari cingulo, ac omnibus honoribus, — bonis et juribus suis universis et singulis fore privatum, ac universis poenis — promulgatis adversus haereticos subjacere, et eum velut haereticum, et ab ecclesia Dei praecisum ab omnibus Christifidelibus evitandum. cf. *Matteo Villani* XI, c. 41. Im Juli erschien die Kreuzbulle (*Raynald l. c. no.* 4).

h) *Raynald ann.* 1364 *no.* 3. Man vergl. nur den Anfang des Friedensinstruments: In nomine Domini Amen. Suborta dudum inter reverendissimum in Christo patrem et dominum, dominum Aegidium Episcopum Sabinensem A. S. L. nomine Romanae ecclesiae occasione vicariatus civitatis Bononiensis ejusque districtus et ex aliis causis, et magnificum dominum Bernabonem de Vicecomitibus Mediolan. gravis et nociva dissensio, et deinde inter eandem ecclesiam — et praefatum dominum Bernabonem — guerra pestifera inde secuta quasi totam provinciam Lombardiae ac partes vicinas in discrimine posuerunt. Et tandem pro hujusmodi guerra sedanda — intervenientibus invictissimo domino, domino Carolo IV — Imp. — ac serenissimis dominis, dominis Joanne Franciae, Ludovico Ungariae, ac Petro Jerusalem et Cypri illustribus Regibus — partes ipsae super concordia et pace hujusmodi convenerunt. Unter den Bedingungen nach Raynalds

banus V hoffte endlich, durch persönliche Erscheinung in Rom (1367) die Angelegenheiten Italiens völlig in Ordnung zu bringen: aber die meisten französischen Cardinäle blieben in Avignon i), und Urbanus fand sich veranlaßt, auch selbst bald wieder dorthin zurückzukehren (1370) k). Dadurch wurde Bernabo Visconte von neuem ermuntert, das päpstliche Gebiet anzugreifen. Zwar sprach Gregorius XI den Bannfluch über beyde Brüder Galeazzo und Bernabo aus (1372) l): aber indem er gleichzeitig den langen Kampf gegen die aragonischen Beherrscher Siciliens durch die Anerkennung Friedrichs III als Königs v. Trinacria endigte m), gab er sei-

---

Relation: remissae inprimis acceptae illataeve injuriae, somit wurden alle Censuren gegen Bernabo aufgehoben, und derselbe in allen seinen Ehren wieder anerkannt. Bernabo mußte zwar der mächtigen Vermittler wegen seinen Besitzungen in den Gebieten von Bologna, Modena u. Romandiola entsagen; der Papst mußte ihm dafür aber 500000 Goldgulden zur Entschädigung versprechen.

i) Es begleiteten ihn nur 5 Cardinäle (*Secunda Vita Urb.* V. b. *Baluz.* I. *p.* 406), und auch diese wehklagten, als die Flotte von Marseille auslief (*Petrarchae rer. senil. lib.* IX *Ep.* 2 an Brunus, einen päpstl. Secretair, b. *Raynald* 1367 *no.* 3): *O malum Papam, o patrem impium, quonam terrarum miseros filios rapit?* non quasi ad Christianitatis unicam ac supremam arcem urbem Romam, — sed quasi Ctesiphontem aut Memphim Saracenorum in carceres traherentur.

k) wie er selbst den Römern ankündigte (*Raynald* 1370 *no.* 19) ex certis causis non solum utilibus pro universali Ecclesia, sed etiam urgentibus: Petrarcha aber (*Raynald l. c.*) bezeichnet deutlich das Dringen der franz. Cardinäle als Ursach.

l) *Raynald ann.* 1372 *no.* 1 *ss.*

m) Bonifacius VIII hatte 1303 Friedrichen II die Insel nur für seine Lebenszeit verliehen (s. Abth. 2 §. 59 not. ee): dennoch ließ Friedrich seinen Sohn Peter als seinen Nachfolger krönen (*Raynald* ann. 1321 no. 40). Schon Friedrich kam als Verbün-

nen Gegnern einen neuen Beweis, daß in Italien die geistlichen Waffen nicht unüberwindlich seyen. Bald machten sich auch die mit den Päpsten unzufriedenen, und von ihren Statthaltern gedrückten Städte des Kirchenstaates wieder unabhängig, und traten mit den Florentinern und den Viscontis in Verbindung n). Während Carl IV die neuerdings von den Päpsten ertrotzten Rechte über das Kaiserthum demüthig anerkannte o), konnte Gregorius XI unbezweifelte

---

deter Ludwigs v. Bayern in Bann und Interdict (l. c. 1329 no. 88): und diese Censuren dauerten unter Peter II (1337—42), Ludwig (st. 1355) und Friedrich III, als unrechtmäßigen Regenten, fort, ohne den beabsichtigten Erfolg zu bewirken. Jetzt schloß Johanna v. Neapel mit Ludwig Frieden (*Raynald ann.* 1372 *no.* 5), u. der Papst bestätigte denselben mit einigen Aenderungen u. Zusätzen (*ibid. no.* 7 *ss.*). Friedrich sollte mit s. männl. Nachkommen als König v. Trinacria die Insel zunächst v. Johanna, dann aber auch von dem röm. Stuhle, als dem superior et directus dominus, zu Lehn tragen, beyden den Lehnseid leisten, die Kirchenfreyheit respectiren ꝛc.

n) *Prima vita Gregor.* XI b. *Baluz.* I, *p.* 434: Eodem tempore communitas Florentina contra dictum Gregorium Papam et Romanam Ecclesiam insurrexit, doloseque et malitiose operata est, quod fere omnes civitates et loca alia, quae ad dictam Ecclesiam in Italia pertinebant, ei se confoederaverunt et colligaverunt, in unumque convenerunt, ut amodo excusso a se quocunque alio superiori vel domino, in sua libertate viverent et permanerent; factoque vexillo, in quo solum magnis litteris erat descripta *Libertas*, ordinaverunt magnam gentem armigeram, quae cum vexillo hujusmodi dictae ligae adhaerere volentes confoveret, resistentes vero vi et potentia ad eam sectandam comprimeret et arctaret.

o) Er bat d. 6 März 1376 den Papst um Erlaubniß, seinen Sohn Wenzel zum römischen Könige wählen lassen zu dürfen, cum ad hujusmodi electionis celebrationem nobis viventibus procedi non valeat sine vestris beneplacito, assensu et gratia ac favore: und

Rechte des Papstthums in Italien weder durch die härtesten Bannflüche p) noch durch seine persönliche Rückkehr nach

---

Gregorius antwortete darauf d. 3ten May: ut electio praedicta modo praemisso *hac vice dumtaxat* valeat celebrari, nostrum beneplacitum, assensum ac favorem et gratiam auctoritate apostolica tenore praesentium impertimur. s. *Raynald* 1376 *no.* 13. *Leibnitii Cod. jur. gent. Mantissae P.* II *p.* 260 *ss.*

p) Die Bannbulle gegen die Florentiner v. 31 März 1376 (s. *Raynald ad h. a. no.* 1 *ss.*) giebt neue Beispiele von dem, was sich damals die Italiäner gegen Kirche und Papst erlaubten. z. B. Inquisitorum haereticae pravitatis officium in ipsius libera executione impedientes, statuerunt, quod non possit in eorum civitate — et districtu contra haereticos nisi certo modo procedi; nec dicti inquisitoris familiares, nisi ad certum numerum et habita licentia eorundem officialium temporalium arma deferre valeant ordinarunt: quodque priores artium et vexillifer dictae civitatis in principio eorum officii de observandis iniquis eorum legibus contra dictum inquisitorem et ejus officium editis, teneantur praestare corporale juramentum. Ipsius quoque inquisitoris carcerem, in quo haeretici ponebantur, concitato tumultu populi totaliter destruxerunt, et inquisitorem qui tunc erat expulerunt: et quamplurima alia statuta et ordinationes in praejudicium inquisitionis hujusmodi haereticae pravitatis et haereticorum favorem, ac in ecclesiae libertatis praejudicium ediderunt, et ea de facto servare non verentur: ac etiam ordinarunt, quod auctoritate literarum Apostolicae sedis possessionem alicujus beneficii ecclesiastici — nullus recipere audeat, nisi prius literae ipsae prioribus et vexillifero dictae civitatis praesententur, et licentiam obtineant ab eisdem; et quod quando clericus accusatur coram judice temporali, vel ab eo aliquid civiliter petitur, et allegat privilegium clericale, quod ex hoc sit extra custodiam dictae civitatis, ita quod quilibet possit eum impune offendere et occidere: omnesque allegantes hujusmodi privilegium clericale in quodam libro seu chartulario describuntur, ut pateat omnibus libera licentia offendendi eos et etiam occidendi. Et insuper dudum priores et vexillifer dictae civitatis Florentinae,

qui tunc erant, ac populus et commune supradicti, spiritu furoris accensi, quendam Nicolaum monachum in sacerdotio constitutum quibusdam sceleratis viris, cum nullus officialis justitiae partium earundem de hoc se intromittere vellet, torquendum dederunt, qui monachum ipsum, in suae religionis et ordinis clericalis vituperium, ad ostendendum eum fore sacerdotem de novo radi fecerunt, et eum in quodam curru posuerunt, et cum tenaculis (Haken) igneis ipsius carnes evellentes, eas canibus projecerunt: et sic eum per civitatem Florentinam praedictam transeundo, etiam prope ecclesiam cathedralem ad majus ordinis clericalis vituperium, usque ad locum ubi fures suspenduntur, deduxerunt: ipsumque coram populo clamantem, quod a sibi impositis innocens erat penitus et immunis, vivum sepeliri fecerunt atque mori. Dann von der Aufreizung der päpstl. Orte zur Rebellion. Et a clero civitatis et dioecesis Florentinae et aliarum terrarum, quas tenent, diversas pecuniarum summas importabiles, etiam omni humanitate prorsus abjecta, extorserunt: ac octo viros sceleratos, — quos publice octo sanctos appellant, ad rapiendum bona ecclesiastica deputarunt, qui ecclesias, monasteria, et alia pia loca, eorumque personas bonis suis spoliant, et hujusmodi bona mobilia et immobilia vendunt et distrahunt pro libito voluntatis. Et insuper dilectum filium Lucam de Florentia ordinis fratrum Humiliatorum professorem, sacrae theologiae magistrum, ad revelandum et declarandum quemdam hominem, qui eidem peccata sua, et inter caetera quaedam furta per eum commissa confessus fuerat, sigillum confessionis frangere coëgerunt: ac deinde praefatum hominem, cujus peccata fuerant revelata, suspendi et mori fecerunt. Ad haec priores artium et vexillifer, — ac populus et commune civitatis Florentinae venerabilem fratrem nostrum Lucam Episc. Narniensem, Apost. Sedis nuntium, quem specialiter ad partes dicti patrimonii destinabamus, — injuriosis, violentis et sacrilegis ausibus capere, et captum aliquandiu crudelissimo carcere detinere miserabiliter praesumpserunt u. s. w. Dafür werden außer Bann u. Interdict folgende Strafen über die Florentiner ausgesprochen: Et ne ipsorum temeritas transiret praesumptoribus in exemplum, bona — quorumcumque Florentinorum, ubicumque consistentium,

Rom (1377) q) wieder gewinnen. Er mußte seine päpstliche Machtvollkommenheit vergessend, mit seinen Gegnern Unterhandlungen anknüpfen r), welche durch seinen Tod zwar un-

---

immobilia — confiscavimus: et personas ipsorum omnium et singulorum, absque tamen morte seu membri mutilatione, exponimus fidelibus, ut capientium fiant servi, et bona eorum mobilia quibuscumque fidelibus occupanda. Dann werden die übrigen Ketzerstrafen gegen sie ausgesprochen, Infamie, Rechtslosigkeit, Unfähigkeit der Nachkommen zu Ehren u. Würden. Ueber die Wirkungen dieser Bulle s. *Prima vita Greg.* XI. b. *Baluz. PP. Aven.* I *p.* 435: Quorum occasione multi tam in Avinione quam aliis partibus collocati cum damnis et detrimentis innumeris ad propria redire sunt compulsi. (Nach *Thomas Walsingham de rebus Angl.* wurden die florentin. Kaufleute in England zu Sclaven gemacht, u. ihre Güter confiscirt). Ex quibus eorum communitas ad cor minime reversa est, immo fortius in sua malitia extitit indurata, continue pejora prioribus contra dictam Ecclesiam procurando et machinando, libellos etiam diffamatorios, falsa tamen et erronea continentes, contra statum ipsius Ecclesiae et personam dicti Papae ubique transmittendo.

q) Schon die heil. Birgitta († 1373) hatte den Papst dringend dazu aufgefordert (*Revelationum lib.* IV. *c.* 139—143): jetzt (*Prima vita Greg.* XI *l. c. p.* 437:) fuit per litteras et nuntios speciales insinuatum dicto Gregorio Papae, quod, si ipse personaliter veniret ad partes Italiae, confestim praedicta omnia recuperaret, et alia quaecunque praemissa ad statum debitum reducerentur. Um so mehr fand die h. Catharina v. Siena, deren Vermittlungsversuch in Avignon wegen der Unbeugsamkeit der Florentiner ohne Erfolg blieb (*Vita s. Catharinae* v. ihrem Beichtvater *Raimundus* Capuanus geschrieben P. III c. 8 in *Act. SS. April T.* III *p.* 956 *ss.*), mit gleichen Vorstellungen Eingang (*Raynald ann.* 1376 *no.* 10).

r) Erster unglücklicher Versuch in Florenz durch die h. Catharina, die dabey selbst Todesgefahr bestand, *vita s. Cathar. l. c. p.* 957. Dennoch erklärte dieselbe p. 958, se non posse a territorio illo recedere quousque pax esset praeconizata inter patrem et filios, sicque

terbrochen wurden, aber doch bald nachher den Frieden wiederherstellten.

II. Geschichte der kirchlichen Verhältniße des Papstthums in Avignon.

§. 100.

Vollendung des päpstl. Gesetzbuches
vgl. Abth. 2 §. 60.

Clemens V ließ aus den Canonen des Concils zu Vienne und seinen anderweitig erlassenen Decretalen die V libri Clementinarum, die letzte authentische Decretalensammlung (1313), zusammenstellen a). Die später erscheinenden Con-

---

dixit se habere a Domino in mandatis. Die guelfische Parthey siegte endlich ob, und bald nach Urbans VI Regierungsantritte wurde der Friede geschlossen. Mit Galeazzo Visconti war schon vorher, mit Bernabo wurde bald nachher der Friede wiederhergestellt.

a) *Sexta Vita Clementis* V (b. *Baluz. PP. Aven.* I *p.* 110): Anno 1313, 12 Kal. April. — dictus Papa — in consistorio publico suas constitutiones decretales, quas in Concilio Viennensi ordinaverat, publicari fecit, quae hodie Clementinae vocantur: sed postea infirmitate praeventus ad studia generalia per eum transmissae non fuerunt, donec per suum successorem executioni demandatae fuerunt. Clemens sandte sie zwar allerdings noch an die von ihm gestiftete Universität Orleans (s. *Boehmer de Clementinis* §. IX): daß er sie aber nicht den andern bedeutendern Universitäten zusandte, da er noch ein Jahr nach jener Publication lebte, ist allerdings auffallend, und wurde auch anders gedeutet, s. *Aventinus Ann. Bojorum lib.* VII *p.* 462: quod multa, quae simplicitati Christianae, libertati religionis imponerent (vgl. oben §. 96 not. r), ibi continerentur, (Clemens) publicare supersederat, atque animam agens aboleri jusserat. —

stitutionen wurden nur einzeln erhalten (Extravagantes) b): die in den Ausgaben des Corpus juris canon. gewöhnliche Auswahl und Zusammenstellung derselben, nämlich von XX Extravagg. Joannis XXII in 14 Titeln c), und von 74 Extravagg. Communes in 5 Büchern d), stammt erst aus der Ausgabe des Johannes Chapuis, Paris 1500.

Haec a Wilhelmo Occomensi accepi. Erst Johannes XXII. sandte 1317 diese Sammlung der Universität Bologna, als der vorzüglichsten Pflegerinn des canon. Rechtes, zu, s. die Bulle vor den Clementinen. Die Clementinen wurden bald häufig glossirt und commentirt (s. Lang Gesch. u. Institutionen des Kirchenrechts Th. 1 S. 264): ihre glossa ordinaria ist von Johannes Andreae (s. Abth. 2 §. 60 not. 1). cf. *G. L. Boehmer* diatr. de Clementinis in dess. *Observatt. juris canon. Goett.* 1791. *no.* I.

b) J. W. Bickell über die Entstehung u. d. heut. Gebrauch der beyden Extravagantensammlungen des Corp. juris can. Marburg 1825.

c) nur eine Auswahl aus den Decretalen dieses Papstes, die aber schon 1325 von Zenzelinus de Cassanis, Canonist in Toulouse, glossirt worden ist, s. Bickell S. 7 ff.

d) In den ältern Ausgaben vor Chapuis finden sich nur wenige Extravaganten in unbestimmter Zahl und Ordnung, Bickell S. 14 ff. Chapuis stellte alle in den bekanntern Ausgaben vorkommende (communes i. e. tritae) zusammen, Bickell S. 34. Unter denselben ist die älteste Constitution von Urban IV 1262, die jüngste von Sixtus IV 1483, die meisten sind von Johannes XXII. Nicht alle sind glossirt: unter den diesem Zeitraume angehörigen Glossatoren sind auszuzeichnen: *Joannes Monachus*, später Cardinal, *Guilelmus de Monte Lauduno*, Abt in Poitiers, und *Zenzelinus de Cassanis*, Canonist in Toulouse.

§. 101.

Kirchliche Anmaßungen der Avignonschen Päpste.

Die Idee von dem Papstthum, welche sich in dem vorhergehenden Zeitabschnitte gebildet hatte (Abth. 2 §. 61), war zwar keiner Erweiterung mehr fähig, wurde aber gegenwärtig, besonders von den Bettelmönchen a), deren häufig angefochtene Privilegien allein auf der päpstlichen Machtvollkommenheit ruheten, bis in ihre abgeschmacktesten Consequenzen ohne Scheu entwickelt b), und die elende Schmeicheley

---

a) Vgl. des Augustiners *Augustini Triumphi* Summa de potest. eccl. oben §. 97 not. o, des Franciscaners *Alvari Pelagii* de planctu ecclesiae libb. II. ebend. not. p. des Dominicaners *Petri Paludani* (um 1330 Patriarch v. Jerusalem † 1342) tract. de causa immediata Ecclesiasticae potestatis herausg. Paris 1506, des Franciscaners *Rogeri Connovii* (od. de Conway, gewöhnl. Chonoe genannt, in Orford) defensio religionis Mendicantium, gleich nach 1357 (in Goldasti Monarchia T. II p. 1410 ss.).

b) z. B. *Augustini Triumphi Summa Qu.* 6 *Art.* 1: Utrum a Papa possit appellari ad Deum? — Solus Papa dicitur esse vicarius Dei, quia solum quod ligatur vel solvitur per eum, habetur solutum et ligatum per ipsum Deum. Sententia igitur Papae et sententia Dei una sententia est, sicut una sententia est Papae et adiutoris ejus. Cum igitur appellatio semper fiat a minori judice ad superiorem, sicut nullus est major seipso, ita nulla appellatio tenet, facta a Papa ad Deum, quia unum Consistorium est ipsius Papae et ipsius Dei, cujus Consistorii claviger et ostiarius est ipse Papa Nullus ergo potest appellare a Papa ad Deum, sicut nullus potest intrare ad consistorium Dei nisi mediante Papa, qui est aeternae vitae consistorii claviger et ostiarius, et sicut nullus potest appellare ad seipsum, quia una sententia est et una curia Dei et Papae. *Qu.* 19 *Art.* 1: Utrum solus Papa sit sponsus Ecclesiae? — Papa, qui obtinet vicem Christi in tota ecclesia, universalis ecclesiae sponsus dicitur. Episcopus vero dicitur sponsus suae dioecesis, presbyter autem

erröthete sogar nicht, für die Päpste fast göttliche Ehre in

---

suae parochiae. Nec tamen propter hoc sequitur, quod sint plures sponsi unius ecclesiae: quia sacerdos sicut minister cooperatur Episcopo tamquam principali, et simul omnes Episcopi cooperantur Papae, et Papa Christo. Unde Christus, Papa, Episcopus et sacerdos non dicuntur nisi unus sponsus Ecclesiae. *Art.* 4: Papa succedit Christo in officio et universali jurisdictione, quia Petrus in persona omnium summorum Pontificum recepit universalem jurisdictionem a Christo. — Quantum ad officium et universalem jurisdictionem Papa est Episcopus universalis ecclesiae, sed quantum ad personalem administrationem singulariter est Episcopus urbis Romae. *Art.* 5. Utrum Papa possit immediate in qualibet dioecesi et parochia, quod potest Episcopus vel sacerdos? — Papa tenet locum Petri in ecclesia, Episcopi vero locum Apostolorum, Presbyteri vero locum LXXII discipulorum. Absurdum autem videtur, quod Petrus non potuisset solvere et ligare sine auctoritate Apostolorum vel discipulorum, etiam in provinciis et parochiis eis deputatis, cum singulariter Petro fuit dictum: *dabo tibi claves*, et ipsi non nisi per usum clavium potestatem ligandi et solvendi haberent. Eodem modo absurdum est dicere, quod Papa non possit solvere et ligare in dioecesi cujuslibet Episcopi et parochia cujuslibet Presbyteri, vel absolutionem et ligationem committere quibus placet. Potest etiam in provinciis et parochiis eis deputatis omnia facere per seipsum, vel per commissionem, quae ipsi Episcopi vel Presbyteri facere possunt, et adhuc amplius. — *Qu.* 20 *Art.* 3: Utrum solus Papa habeat potestatem clavium? — Singulariter solus Petrus dicitur habere claves per immediatam commissionem, per immediatam derivationem, per universalem administrationem. Per immediatam quidem commissionem, quia soli Petro, cujus successor Papa existit, claves sunt commissae. — Per immediatam vero derivationem, quia potestas clavium ab eo tanquam a capite in omnes Praelatos ecclesiae derivari debet. — Per universalem autem administrationem, quia solus ipse in tota ecclesia universaliter Christi Vicarius existit. — *Qu.* 64 *Art.* 2: sicut Apostoli missi sunt ad praedicandum

non nisi praesupposita auctoritate Petri: — sic Episcopi admittuntur et assumuntur in partem sollicitudinis non nisi praesupposita auctoritate Papae, qui sicut dat eis auctoritatem exequendi officium receptum super tanta vel tali materia, si bene utantur, ita culpa exigente, si commisso officio abutuntur, potest eos dicta executione privare. — *Qu.* 65 *Art.* 5: non minoris auctoritatis est Papa in tota ecclesia, quam quilibet Episcopus in sua dioecesi, immo majoris, cum in propria dioecesi Episcopus jurisdictionem non exerceat nisi auctoritate Papae. Sed quilibet Episcopus in propria dioecesi potest et debet religiosos et alios idoneos viros ad sanctae praedicationis officium assumere, qui vice ipsorum plebes Christi eis commissas aedificent verbo et exemplo, absque omni requisitione presbyterorum, in quorum parochiis praedicant. — Ergo similiter Papa potest et debet in tota ecclesia aliquos religiosos et idoneos viros ad sanctae praedicationis officium ordinare, — qui in qualibet dioecesi et in qualibet parochia — absque omni requisitione Episcoporum et Presbyterorum possunt praedicare, et alia spiritualia per sedem apostolicam eis commissa administrare. — *Alvari Pelagii de planctu ecclesiae Lib.* I c. 6: Papa super omnia, etiam generalia, concilia est, et ab ipso ipsa recipiunt jurisdictionem et auctoritatem, et licentiam congregandi se. c 14: Omnis creatura per eum valet judicari, et ipse a nulla in terris, etiam universali concilio. c. 17: Plus potest Papa solus in iis, quae non sunt contra capitulos fidei, et adjacentia eis, et sacramenta, quam tota ecclesia catholica, et concilia seorsum. c. 29: unum est consistorium et tribunal Christi et Papae in terris. c. 58: Sciendum est, quod potentia summi Pontificis et Christi vicarii plena dicitur. Primo quia ab hac potentia nullus ad ecclesiam militantem qualitercunque pertinens excipitur. — Secundo quia omnis potestas ad gubernationem fidelium a Deo ordinata et hominibus data, sive spiritualis, sive temporalis, in hac potestate comprehenditur. — Tertio quia omnis potestas in Ecclesia ab hac potestate derivatur, et ad eam ordinatur, — quia ipsa principium est et finis cujuslibet potestatis, et ideo quaelibet potestas humana ei jure subditur. Quarto quia a nulla potestate humana exceditur, vel superatur. — Quinto

Anspruch zu nehmen c). Die widersprechenden Stimmen, welche

quia a nulla alia postestate puri hominis limitatur, aut ordinatur, aut judicatur: sed ipsa alias limitat, ordinat, et judicat. — Sexto quia ordine potestatum, aut legibus ab ipso positis non coarctatur: potest enim agere et mediantibus aliis potestatibus, et non mediantibus, quando viderit expedire, quia ordinarius omnium est. — Potest etiam agere et secundum leges quas ponit, et praeter illas, ubi opportunum esse judicaverit. — Merito ergo in summo Pontifice plenitudo dicitur existere potestatis: unde et propter hoc dicitur potestas ejus esse sine numero, pondere et mensura. — Est enim sine numero, quantum ad eos, qui ejus potestati subduntur, qui quoad nostram notitiam sunt innumerabiles. — Est autem sine pondere, quantum ad locum: pondus enim est inclinatio rei ad locum proprium et determinatum: haec autem potestas non determinatur ad unum locum, vel ad unam ecclesiam, sed ad omnes prorsus ecclesias in quibuslibet locis positis extenditur. Est sine mensura, quantum ad actum et modum agendi, quia quodammodo immensa est in agendo et in modo agendi. Unde sicut homini Christo datus est spiritus non ad mensuram *Jo.* 3, 34, ceteris autem datur secundum aliquam mensuram donationis Christi *Eph.* 4, 7. *Rom.* 12: sic vicario Christi Pontifici summo data est potestas non ad mensuram, sed in quadam immensitate; aliis autem datur potestas secundum mensuram aliquam participationis hujus immensae potestatis. Et quum sit ipsa potestas vicarii Christi sine numero, pondere et mensura, imponit tamen et determinat aliis potestatibus pondus, numerum et mensuram.

c) *Augustini Triumphi Qu.* IX *Art.* 1. Utrum Papae debeatur honor, qui debetur Christo secundum quod Deus? *Videtur*: — quia honor debetur potestati, sed una est potestas Christi secundum quod Deus et Papae: quod probatur, quia potestas Christi secundum quod Deus est peccata dimittere juxta illud *Marc.* 2 *quis potest peccata dimittere nisi solus Deus?* istud autem convenit Papae, quia quodcumque ligat vel solvit super terram, est ligatum vel solutum in caelis. — Porro latria est servitus soli Deo debita: — sed omnis servitus debetur Papae,

sich auf Ludwigs des Bayern Seite erhoben, machten keinen allgemeinen Eindruck, und verhallten ganz, als nach Ludwigs Tode sich der Sieg völlig für das Papstthum entschied. In Frankreich hatte zwar unter Philipp dem Schönen ein gesunderes System ziemlich allgemeine Geltung bey den Ge-

---

ergo honor qui debetur Deo debetur sibi. — *In contrarium est*, quod honor, qui debetur creatori, sine peccato idololatriae non debetur purae creaturae. — R. *Dicendum*, — quod honor potest exhiberi Deo dupliciter. Primo ratione communis potestatis, cum qua convenit cum creaturis convenientia cujusdam analogicae univocationis. Convenit ergo creatori et creaturae potestas et dominatio, et multa alia, ut bonitas, scientia et justitia, quae attribuuntur Deo, tamen conveniunt creaturae, Deo quidem essentialiter, creaturae vero participative et ministerialiter vel instrumentaliter: et ratione istorum quidam honor, et quaedam servitus impenditur Deo, quae sine peccato potest exhiberi creaturae, ut thurificatio et genuflexio et alia servitus, quae graeco nomine dulia appellatur. Quaedam vero servitus Deo impenditur ratione ejus singularis majestatis, — ratione cujus singulare genus servitii sibi exhibetur, quod latria appellatur. — Sacrificium est ille singularis honor et illa singularis servitus, quae sic debetur Christo secundum quod Deus, non debetur Papae, nec alicui purae creaturae. — *Ad primum ergo est dicendum*: — in Christo secundum quod Deus invenitur dominatio, quae est summa potestas, et ideo servitus summa sibi debetur, quae latria appellatur: in Papa autem non invenitur nisi participative et ministerialiter etc. — *Art.* 3 wird bewiesen, daß dem Papste dieselbe Ehre zukomme, die den Heiligen (honor Papae exhibetur ratione potestatis et auctoritatis: verum quia potestas talis est ordinata potissime, quia est a Deo sibi tributa, et quae a Deo sunt, ordinata sunt, sic dicit Apost. ad Rom 13: ideo includit talis potestas vitae sanctitatem et doctrinae veritatem. — Propter quod licet honor sit sibi exhibendus ratione potestatis, non est sibi subtrahendus honor, qui debetur sanctis ratione sanctitatis et doctrinae veritatis) u. *Art* 4 die den

lehrten gewonnen d): da indeß die französischen Könige jene Ausdehnung der päpstlichen Gewalt jetzt, wo ihnen dieselbe stets zu Willen war, gern zugaben, so wurde hier kein Widerspruch laut.

In den neuen kirchlichen Anmaßungen, durch welche die Avignonschen Päpste der völligen Verwirklichung jener Papstidee näher strebten, treten kleinlicher Eigennutz und niedrige Habsucht mit offenbarer Hintansetzung des kirchlichen Bedürfnißes auf das widrigste hervor. In Avignon begann am päpstlichen Hofe ein rücksichtsloseres und üppigeres Leben e),

---

Engeln erwiesen werde (exhibebatur honor angelis per patres veteris Testamenti, quia in eis repraesentabatur Deus per subjectam creaturam de aëre vel undecunque visibiliter ab eis assumtam: sed longe melius Deus repraesentatur per Papam, et quantum ad naturae conformitatem, quia Dei filius nunquam angelos apprehendit, sed semen Abrahae in unitatem personae, et quantum ad officii potestatem, quia nulli angelorum concessit claves ligandi et solvendi in coelo et in terra, sicut concessit Petro et successoribus ejus). — *Zenzelinus* schreibt 1325 in seiner Glosse zu *Extravag. Jo.* XXII *Tit.* XIV. c. 4 in fine gerade zu: Credere autem Dominum *Deum* nostrum Papam, conditorem dictae decretalis, sic non potuisse statuere, prout statuit, haereticum censeretur. So steht noch in den Lyoner Ausgaben v. 1584 u. 1606, und in den Pariser v. 1585. 1601 u 1612: in den spätern ist Deum ausgelassen.

d) s. Abth. 2 §. 62 not. w. vgl. oben §. 99 not. a vorzüglich trat dasselbe in den Streitigkeiten der Pariser Universität mit den Bettelmönchen hervor, s. unten §. 110 not. c.

e) Francesco Petrarca († 1374), der sich lange am päpstl. Hofe in Avignon aufhielt, giebt eine schreckliche Schilderung von dem Verderbniße desselben. *Epistolarum sine titulo Lib. Ep.* 10 nennt er Avignon das dritte Babylon und das fünfte Labyrinth: quam juste autem, qui noscere cupit, huc properet. Non hic carcer horrendus, non tenebrosae domus error, non fatalis urna humani generis fata permiscens, denique non im-

während die reichen Einkünfte der Päpste und ihrer Curie aus dem Kirchenstaate theils ungewiß wurden, theils ganz aufhörten. So mußten die Avignonschen Päpste sich und ihren Curialen anderweitige Hülfsquellen eröffnen: das Bedürfniß war bald beseitigt, aber nun folgte unersättliche Habsucht, und es begannen die unerträglichsten Kirchenbedrückungen, deren Ertrag in Avignon bald zu Schätzen zusammengehäuft, bald zu den politischen Zwecken der Päpste gemißbraucht, bald verpraßt wurde.

---

periosus Minos, non Minotaurus vorax, non damnatae Veneris monimenta defuerint: sed remedia, sed amor, sed charitas, sed promissorum fides, sed amica consilia, sed fila perplexum iter tacita ope signantia, sed Ariadna, sed Daedalus. Una salutis spes in auro est, auro placatur rex ferus, auro immane monstrum vincitur, auro salutare lorum texitur, auro durum limen ostenditur, auro vectes et saxa franguntur, auro tristis janitor mollitur, auro caelum panditur, quid multa? auro Christus venditur. vgl. *Epist.* 14 u. 15, bes. *Epist.* 18. Omne bonum ibi perditur, sed primum omnium libertas, mox ex ordine quies, gaudium, spes, fides, charitas, animae jacturae ingentes. Sed in regno avaritiae nihil damno adscribitur, modo pecunia salva sit. Futurae tibi vitae spes inanis quaedam fabula, et quae de inferis narrantur fabulosa omnia, et resurrectio carnis et mundi finis et Christus ad judicium venturus inter naenias habentur. Veritas ibi dementia est, abstinentia vero rusticitas, pudicitia probrum ingens: denique peccandi licentia magnanimitas et libertas eximia, et quo pollutior eo clarior vita, quo plus scelerum eo plus gloriae, bonum nomen coeno vilius, atque ultima mercium fama est. — Taceo haereditatem Simonis, et illam haeresis speciem, non ultimam, spiritus sancti dona mercantium. Taceo mali illius avaritiam matrem, quae idolorum servitus ab Apostolo dicta est. Taceo utriusque pestis artifices, et concursantes Pontificum thalamis proxenetas. Taceo crudelitatem humanitatis immemorem, et sui ipsius oblitam insolentiam, atque illos vanis flatibus tensos utres. Taceo deni-

Unter den neuen päpstlichen Anmaßungen waren die ausgedehnteren Reservationen kirchlicher Aemter, in deren Folge selbst Bisthümer und Pfarren in Commenden verwandelt, oder mit untüchtigen Menschen besetzt wurden, die schädlichsten. Schon Clemens V reservirte sich viele Kirchen,

que illa prodigia, — quorum moesta nimis et severa narratio: ad ridicula simul atque odiosa festino. Quis enim oro non irascatur et rideat illos senes pueros coma candida, togis amplissimis, adeoque lascivientibus animis, ut nihil illuc falsius videatur, quam quod ait Maro: *Frigidus in Venerem senior?* Tam calidi, tamque praecipites in Venerem senes sunt, tanta eos aetatis et status et virium cepit oblivio. sic in libidines inardescunt, sic in omne ruunt dedecus, quasi omnis eorum gloria non in cruce Christi sit, sed in comessationibus, et ebrietatibus, et, quae has sequuntur in cubilibus, impudicitiis: sic fugientem manu retrahunt inventam, atque hoc unum senectutis ultimae lucrum putant, ea facere, quae juvenes non auderent. — Mitto stupra, raptus, incestus, adulteria, qui jam pontificalis lasciviae ludi sunt: mitto raptarum viros, ne mutire audeant, non tantum avitis laribus, sed finibus patriis exturbatos, quaeque contumeliarum gravissima est, et violatas conjuges et externo semine gravidas rursus accipere, et post partum reddere ad alternam satietatem abutentium coactos. Quae omnia non unus ego, sed vulgus novit, etsi taceat, quamvis ne id ipsum taceat jam major est indignatio quam metus etc. — cf. *Nicolaus de Clamengis de ruina ecclesiae* (geschr. 1414) c. 42, in *v. d. Hardt Concil. Constant.* T. I P. III p. 45: Ex illo plane suam cladem imminere praenosse debuit (Ecclesia), ex quo propter suas fornicationes odibiles Romuli urbe relicta Avinionem confugit. Ubi quanto liberius, tanto apertius et impudentius vias suae Simoniae et prostitutiones exposuit, peregrinosque et perversos mores, calamitatum inductores, in nostram Galliam invexit, rectisque usque ad illa tempora moribus frugalibus disciplina instante, nunc vero luxu prodigioso usque adeo solutam, ut merito ambigere possis, utrum res ipsa audita mirabilior sit, an visa miserabilior.

die er freilich in Frankreich nach dem Willen des Königs besetzen mußte f), ertheilte viele Beneficien als Commenden g),

---

f) So schreibt Clemens 1306 an Philipp (*Baluz. PP. Aven.* II, *p.* 65): De Ecclesiis vero, de quibus nobis tua serenitas scripsit, scire te volumus, quod nos earum provisiones hac vice nobis duximus reservandas. Quibus Ecclesiis de personis Deo, nobis ac tibi gratis et Ecclesiis ipsis utilibus curabimus — providere: und darauf dankt Philipp ihm p. 87 für die promotio per uberem gratiam clementiae vestrae facta de dilectis et fidelibus clericis nostris. Der Papst wurde es endlich müde, so als Werkzeug des Königs zu handeln, und als Philipp 1309 von ihm verlangte, daß er dem Bischofe von Cambray das Erzbisthum Sens ertheilen solle, so schrieb er ihm p. 145: considerantes attentius, quod super translatione hujusmodi per alium modum non poteramus decenter satisfacere votis tuis, provisionem ipsius Ecclesiae Senonensis, quamvis reservationes hujusmodi menti nostrae displiceant, prout nosti, hac vice dispositioni nostrae — duximus reservandam: — tuam celsitudinem exhortantes, ut nos super similibus reservationibus faciendis, quae nostrae voluntati redduntur contrariae, saltem absque magna causa non infestes.

g) d. 20 Febr. 1307 erließ Clemens eine Constitution (*Extrav. Comm. lib.* III *tit.* 2 *c.* 2. *Raynald* 1307 *no.* 28), worin er sagt, daß er im Anfange seiner Regierung aus Gefälligkeit gegen weltl. u. geistl. Würdenträger Commenden ertheilt habe: ad eorum importunas et multiplicatas precum instantias nonnullis clericis — patriarchales, archiepiscopales et episcopales Ecclesias ac monasteria — sub commendae vel custodiae, seu curae, vel guardiae, aut administrationis titulo — duximus — committenda. Super iis autem, an tales videlicet et tantas gratias per nos fieri decuisset, variorum et arduorum negotiorum multiplicitate distracti usque ad tempus, quo infirmitate satis periculosa nos iis diebus Deus visitavit omnipotens, nequivimus plenarie cogitare. Verum in debilitate ipsius aegritudinis constituti, et a negotiorum ulcumque discussione semoti, ad haec sub diligenti examine direximus aciem nostrae mentis, demumque prospeximus evi-

denter, quod Ecclesiarum et monasteriorum eorundem cura negligitur, bona et jura dissipantur ipsorum, ac subjectis eis personis et populis spiritualiter plurimum et temporaliter derogatur. — Volentes opportunum et debitum in hac parte remedium adhibere, omnes et singulas commissiones hujusmodi per nos — factas quibuscumque cujusvis ordinis, dignitatis, aut status, si etiam s. Romanae Ecclesiae Cardinalibus — factae noscantur, auctoritate Apostolica — cassamus et annullamus. Wie wenig aber diese Constitution zur Anwendung kam, zeigte sich auf dem Concil. zu Vienne 1311. *Guil. Durandus* klagt in seiner damals abgefaßten Schrift *de modo celebrandi generalis concilii P.* II *Tit.* 21: domini Cardinales in grave animorum ipsorum periculum et universalis Ecclesiae dispendium multa millia florenorum — sibi et multis pestifera adinventione super Ecclesias etiam Parochiales et Curatas faciunt cumulari, et Ecclesias etiam cathedrales et ultramarinas sub diversis coloribus commendari, et certas sibi solvi ab illis, qui eorum promoventur auxilio; pensiones, quae nunquam in Romana Ecclesia moriuntur, sed ab uno Cardinali in alium vel in ejus vel Domini Papae propinquum vel nepotem detinentur. Ex quibus sequitur, cum sibi vendicent universa, infelix quod Clericus, qui de praedictis beneficiis sustentari et eis personaliter deservire debuerat, mendicat in plateis. — Ex hac peste etiam noviter introductum est contra jura, quod Prioratus Conventuales, et alia beneficia ecclesiastica, consueta regi per Monachos et alios Regulares, domini Cardinales — sibi et suis faciunt assignari, quanquam non efficiantur Monachi. — Ex quibus in dictis Prioratibus et beneficiis Regularium periit in totum regularis observantiae disciplina, cum non sit inter eos, qui corrigat etc. Aehnliche Klagen führte ein Bischof auf dem Concile (*Raynald* 1311 *no.* 59): Quia multi vita et moribus detestabiles de diversis mundi partibus ad sedem Apostolicam concurrentes — beneficia cum cura, vel sine cura quotidie impetrare noscuntur, — et a Praelatis veneranter instituti vel admissi ita detestabilem vel deformem vitam ducunt, quod ob hoc ecclesiae destruuntur; — Praelati non possunt hodie bonis personis de beneficiis — obstante numerosa multitudine clericorum impetrantium providere. — Heu

und lud den Vorwurf der Simonie auf sich h): noch weit schamloser verfuhr aber sein Nachfolger Johannes XXII. Indem er es nicht nöthig fand, seinen Willen anders als durch mündliche Erklärung an seine Canzley kund zu machen i), erweiterte er die ältere Reservation der in curia vacant wer-

---

mittuntur ad Ecclesias vel personae inutiles, peregrinae linguae, barbarae nationis; vel si sunt bonae personae et utiles, nunquam in eisdem resident Ecclesiis, sed in Romana curia, aut Regis aut Principum curiis commorantes per privilegia fructus beneficiorum percipiunt, qui eisdem Ecclesiis de nihilo serviunt. — Cum tam secundum jura divina quam humana singula ecclesiastici juris officia sint singillatim singulis committenda personis; — hodie — una persona, aliquando minus idonea, quatuor vel quinque in diversis ecclesiis obtinet beneficia, — quinimmo decem vel duodecim — et aliquando plures, sicut vidi. Heu aliquando una persona tot obtinet dignitates, personatus vel officia, quod ex eis posset quinquaginta vel sexaginta exercitatis et literatis personis sufficientissime provideri. — Quid autem de pueris, qui omni discretione carentes — tot obtinent dignitates et beneficia, referam, nescio etc.

h) *Jo. Villani* IX c. 58: questi fu huomo molto cupido di moneta e simoniaco, che ogni beneficio per moneta in sua corte si vendea, e fu lussurioso, che palese si dicea che tenea per amica la Contessa di Palagorgo, bellissima donna. — E lasciò i suoi nipoti e suo lignaggio con grandissimo e innumerabile tesoro.

i) Eben so wie er seine processus durch Anschlag an die Kirchthür in Avignon publicirte s. oben §. 97 not. f. — *Baluz. PP. Aven.* I *p.* 722 theilt folgende merkwürdige Urkunde mit: Anno Dom. MCCCXVI. 17 Kal. Oct. Lugduni sanctissimus Pater et Dominus Johannes P. XXII pontificatus sui anno primo reservavit suae et sedis Apostolicae collationi omnia beneficia ecclesiastica, quae fuerunt et quocunque nomine censeantur, ubicunque ea vacare contigerit per acceptationem alterius beneficii praetextu gratiae ab eodem Domino Papa factae vel faciendae acceptati; mihique Gaucelmo Vicecancellario suo praecepit in praesentia

denden Beneficien k), reservirte sich die einträglicheren Stellen aller Stifter l), und alle Kirchen in Oberitalien m), ohne

magistri Petri Fabri, quod haec ad memoriam redigerem in scripturam. Dieß die erste Spur der so berüchtigten päpstl. Canzleiregeln (Regulae cancellariae). Vgl. Gesch. d. röm. Kanzleyregeln, in Le Brets Magazin f. Staaten- u. Kirchengesch. Th. 2 S. 605 ff. Th. 3 S. 1 ff.

k) Durch die Decretale *Ex debito* (*Extravagg. Comm. Lib.* I *Tit.* III *c.* 4) i. J. 1316, nur eine weitere Erläuterung jener Canzleyregel not. i. Hujusmodi autem sedes, monasteria, ecclesias, et alia praefata beneficia ecclesiastica per mortem vel depositionem ac privationem eorum, qui ea obtinerent, per electionum cassationem, — quorumlibet provisionem, translationem — vacare apud sedem intelligimus praelibatam. Episcopales insuper vel alias dignitates — fratrum nostrorum s. Rom. eccl. Cardinalium apud dictam sedem per eorum obitum vacare censemus, sive inibi, sive alibi, ubicumque ipsos migrare contigerit de hac luce. Et hoc idem in dignitatibus et beneficiis quibuslibet — officialium nostrorum, videlicet vicecancellarii, ejusdem ecclesiae camerarii, notariorum, auditoris contradictarum, correctorum, scriptorum litterarum, ac poenitentiariorum nostrorum, nec non abbreviatorum curiae Romanae locum sibi volumus vindicare. Nach diesen Grundsätzen eröffnete er sich i. J. 1317 durch die Decretale *Execrabilis* (*Extravagg. Comm.* III, *Tit.* 2, *c.* 4) die Besetzung zahlloser Stellen, indem er hier nach vielen Klagen über die herrschende Habsucht allen Inhabern mehrerer Beneficien (cardinalibus tamen s. Rom. Eccl. — ac regum filiis — exceptis) befiehlt, sich ein beneficium cum cura, und Eins sine cura auszuwählen, die übrigen aber aufzugeben. Quae omnia et singula beneficia vacatura — vel dimissa nostrae et sedis apostolicae dispositioni — reservamus.

l) *Jo. Villani* XI, *c.* 20 (Papa Giovanni) infino l'anno 1319 puose le riservazioni di tutti i benefici collegiati di Christianità, e tutti gli volea dare egli, dicendo il facea per levare le simonie. E di questo trasse e ragunò infinito tesoro. Et oltre a ciò, per la detta reservatione quasi mai non confermò elettione di niuno Prelato, ma promovea uno Vescovo in uno Arcivescovado,

auf einzelnen Widerstand zu achten n). Wie er bey seinen Ernennungen verfahren hatte, davon zeugten nach seinem Tode

---

e al Vescovado del Vescovo promosso promovea un minore Vescovo, e allora avenia bene sovente, che d'una vacazione d'una Vescovado grande, o Arcivescovado, o Patriarcato faceva sei o più permutazioni; e simile d'altri benefici: onde molte e grandi provisioni di moneta tornavano alla camera del Papa.

m) Bulle v. 30 Jul. 1322 b. *Raynald* 1322 *no.* 4 vollständig in *Ughelli* Italia sacra T. III p. 185: Statu Ecclesiarum, necnon — monasteriorum — tam in terris Italiae Ecclesiae Romanae immediate subjectis, quam in patriarchatu Aquilejensi, nec non Mediolanensi, Ravennate, Januensi et Pisana provinciis consistentium, quas et quae — malitia temporis in eorum provisionibus variis noscitur discriminibus subjecisse (s. §. 97 not. d), nostrae mentis obtutibus occurrente; ac propterea similibus in posterum obviare periculis, donec — sublata procella temporis impacati, eisdem ecclesiis — plena in eligendo securitas ministretur, solicitis affectibus cupientes; provisiones omnium patriarchalium, archiepiscopalium, episcopalium, et aliarum quarumlibet ecclesiarum collegiatarum, nec non abbatiarum, monasteriorum, prioratuum et aliorum quorumcunque piorum locorum saecularium et regularium — consistentium in patriarchatu et provinciis supradictis, — vacantium, — dispositioni et ordinationi nostrae et sedis Apostolicae — usque ad ejusdem sedis beneplacitum — reservamus.

n) So klagen die Könige von Castilien und Portugal dem Papste (*Raynald ann.* 1330 *no.* 44), daß, während früher die inländische Geistlichkeit ihnen in den Kriegen mit den Mauren bedeutende Hülfe geleistet hätte, nunc istis (indigenis) exclusis pariter et contemptis alienigenae, qui nec zelo fidei, nec devotione aliqua ad praemissa invitantur, sed de imbursanda pecunia, quam de ipsis beneficiis percipere possunt, ad alias transferendi partes, continuam gerunt solicitudinem, eisdem ecclesiis, monasteriis, personatibus, dignitatibus sunt praelati. Quare supplicant iidem Reges humiliter et instanter, quatenus praemissis alienigenis ad alia beneficia in aliis partibus translatis de praelatiis, personatibus etc. per eos detentis indigenis regno-

die hinterlassenen Schätze o). Der gewissenhafte Benedict XII widerrief die ertheilten Commenden p); bestätigte aber die Reservationen seines Vorgängers q). Er benutzte dieselben freilich nur, um die kirchlichen Stellen wieder würdiger zu besetzen r): aber jene Bestätigung erhielt die Bahn zu den

---

rum praedictorum dignetur eadem sanctitas providere. Kräftiger widerstand man in Deutschland: *Heinricus de Rebdorff ad ann.* 1333: In Alemania magnum schisma est in clero et populo, ex provisionibus sedis Apostolicae ad Episcopales et solemnes praelaturas et alia beneficia, quas idem Ludwicus in odium sedis Apostolicae fortiter impedivit.

o) Nach *Jo. Villani* XI, c. 20, der sich darüber auf das Zeugniß seines Bruders, eines Kaufmanns in Avignon beruft, der es von den päpstl. Schatzmeistern erfahren habe, betrug derselbe 18 Mill. Goldgulden in baarem Gelde, u. 7 Mill. an Kleinodien. Außerdem hatten aber auch seine Curialen erworben cf. *Quinta vita Benedicti* XII (*Baluzii PP. Aven.* I, *p.* 232): temporibus retroactis, quando per Papam gratiae seu supplicationes gratiarum signabantur, ipsae supplicationes praesentabantur per Camerarios Domini Papae aut per alios de ipsorum mandato, unde frequenter quaestus illicitos ab eis fieri contingebat.

p) *Secunda vita Bened.* XII (*Baluz.* I, p. 214): Praelatos omnes ad eorum Ecclesias redire coëgit, volens eorum ambitiosis pravitatibus obviare; et commendas Ecclesiarum, praeterquam Dominis Cardinalibus factas (vgl. die Bulle *Execrabilis* not. k), expectationes omnes secundum formam juris canonici revocavit, et fugavit realiter simoniam.

q) Im J. 1335 bestätigte er durch die Bulle Ad regimen (*Extravagg. Comm.* III, II, 13) die Constitution Ex debito s. not. k.

r) *Prima vita Benedicti* XII (*Baluz.* I, *p.* 209): Quantum in ipso fuit, dedit operam efficacem, ut in beneficiis, dignitatibus, et praelaturis suo tempore vacantibus ponerentur et praeficerentur bonae et honestae personae, — ac sufficientes in litteratura, ac maturae in moribus, essentque aetatis provectae, juxta — qualitatem beneficiorum, — ad quae — essent assumendae. — Et in hoc multotiens se decipi formidavit. Et ob hoc, ante-

neuen Misbräuchen offen, die schon unter seinem Nachfolger, dem verschwenderischen und seine Nepoten bereichernden Clemens VI, hervorbrachen s). In Johannes XXII Fußstapfen

---

quam provideret de talibus suae dispositioni reservatis, inquirebat summa cum diligentia de meritis et sufficientia illorum, qui ad hoc sibi nominabantur. Et cum eos non reperiebat juxta gustum suum bene idoneos et sufficientes, potius volebat, quod vacarent et remanerent in manibus suis, quam si aliter provideret. Propter quod suo tempore multa beneficia, dignitates, et praelaturae quamplures diutius in vacatione permanserunt. Dicebat enim, quod melius et securius erat, quod vacarent, quam si haberent malos vel minus idoneos praesidentes. Ipse enim de suis consanguineis vel propinquis exaltandis vel promovendis nullatenus curavit. Wie die verderbten Curialen darüber urtheilten, zeigt *Octava Vita* p. 240: Huic Domino Benedicto maxime insitum cordi fuit clericos et religiosorum ordinum professores et status reformare, et, ut dicatur verius, infirmare. Paucos enim vel nullos bonos credebat, et omnes a via mandatorum Domini et consiliorum semita declinasse dicebat. — Hic Dominus Benedictus Papa avarus, durus et tenax, in conferendis gratiis remissus, tardus et negligens in providendo statum Ecclesiarum supra modum fuit; et in excusatione duritiae suae paucos ad haec dignos vel sufficientes dicebat. Omnes Dominos Cardinales fore deceptores sui credebat. Raro supplicationes ipsorum recipere volebat, ipsosque non modicum suspectos habebat. Ordines mendicantium supra modum per facti evidentiam exosos habebat. Paucos vel nullos de ipsis ordinibus ad praelationes promovebat. Dissensiones eorum libenter audiebat, et subditis contra Praelatos favere videbatur mirabiliter. Bey seinem Tode machte man die Verse auf ihn (*Septima vita p.* 240):

Iste fuit Nero, laicis mors, vipera clero,
Devius a vero, cuppa (Kufe) repleta mero.

s) *Prima vita Clementis* VI (b. Baluz. I, p. 264): Habuit hanc humanitatem — ac liberalitatem generaliter ad omnes ad ipsum recurrentes, — quod nunquam vel raro aliquem a se emiserit

tretend schaltete dieser Papst willkührlich mit den Pfründen aller Länder t), und verschenkte so viele als Commenden an

sine consolatione reali aut verbali, saepius tamen ad rem, quam ad verba intendens. — Suos fratres, nepotes, — compatriotas et servitores valde dilexit. Plurimos — in altis et magnis praelaturis et dignitatibus sublimavit, multos vero in inferioribus beneficiis fere ubique terrarum existentibus collocavit. Et quamquam inter eos fuerint multi idonei et sufficientes, quia tamen quandoque ipsos praetulit ceteris magis aut aeque sufficientibus, alios vero sic passim et indistincte et quasi ubique collocavit, fortassis aliquid ultra debitum caro et sanguis sibi revelasse censentur etc. *Quinta vita p.* 311: Ipse sumptuossimum tenuit statum et multum pomposum ac saecularem, ut audivi et pro parte cognovi.

t) *Tertia vita* (*Baluz.* I, *p.* 284): volens pauperibus clericis universis de eo quod gratis acceperat gratis dare, bullam gratiae suae clementer aperuit, ut infra duorum mensium spatium (anno 1342) de suae clementiae plenitudine gratiam pro gratia cuncti reciperent. — Eadem aestate pontificatus sui prima, cunctis Ecclesiis cathedralibus, collegiatis et aliis, quas praedecessor ejus immediatus, zelo forsitan justitiae, rectoribus viduatas dimiserat, — Episcopos et rectores restituit, — quamvis lucide nosceret, quod proventus non modicos apostolicae camerae defalcabat. Benedicta sit igitur, si qua fuerit in Benedicto P. XII praefato, justitia, quae habenti contulit, et abstulit non habenti, quodque tam largo tam libero donatori tantam donandorum copiam conservavit. — labia mea laudabunt te, in Clemente VI clementiam, quae per ejus praedecessorem rigorose retenta, misericordiae liquore condita dispergens omni petenti se tribuit gratiosum etc. — *Quinta vita* p. 310: Qui cum eodem anno (1342) circa Pentecosten faceret gratias generales, in Avinione tanta convenit multitudo clericorum volentium in gratia pauperum impetrare, quod numerus clericorum pauperum tunc in examinationibus diocesium per universum orbem fuit computatus ad centum millia clericorum, prout ego personaliter ibidem tunc existens veridicorum relatione intellexi.

seine Curialen, daß von mehrern Seiten her bittere Klagen darüber erschallten, und Eduard III König v. England auch ernstere Gegenwirkungen versuchte u). Inno-

---

Hic Papa cum in principio sui pontificatus faceret reservationes abbatiarum et praelaturarum, electiones conventuum et capitulorum irritas habens; et super hoc sibi fuerit intimatum, quod hujusmodi reservationes a suis praedecessoribus minime fuerint factae, ipse fertur respondisse: *Praedecessores nostri nescirerunt esse Papa.* Diese Reservationen scheinen durch Canzleyregeln gemacht zu seyn. Wie sehr sie sich auch über die franz. Bisthümer erstreckten, geht aus den Urkunden b. *de Marca* de concord. Sac. et Imp. Lib. VI c. 3 §. 14 hervor, wo der Papst gegen die Suffragane des Erzb. v. Narbonne entscheidet, die weil vom Papst ernannt, ihrem Metropoliten nicht das consuetum juramentum leisten wollten.

u) *Thomae Walsingham* (um 1440) histor. Angliae, in *Anglica, hibernica a veteribus scripta ex Bibl. Guil. Camdeni. Francof.* 1602 *fol. p.* 161: Eodem anno (1343) Papa Clemens iterum fecit in Anglia provisiones duobus Cardinalibus de beneficiis proximo vacantibus praeter Episcopatus et Abbatias ad extentam duarum millium marcarum. Quod rex et tota regni nobilitas pati noluit, sed procuratores dictorum Cardinalium sub poena carceris Angliam exire coëgit. Der Papst beklagte sich darüber bey dem Könige sehr bitter, u. erläuterte ihm jene neue Art von Provisionen d. 28 Aug. (p. 162): Dudum post creationem novorum — Cardinalium, provida et matura deliberatione praevia per nos facta, honoribus Dei et Ecclesiae suae sanctae, ac utilitati reipublicae convenire, quod Cardinales ipsi, qui super expediendis negotiis ad alveum Apostolicae sedis undique confluentibus nobiscum labores et onera partiuntur, et haberent congrue unde suis valeret necessitatibus secundum status sui decentiam provideri: demum excogitatis viis et modis licitis, quibus absque minori ecclesiarum — gravamine hujus provisio sequi posset, de beneficiis ecclesiasticis tunc in diversis regnis — vacantibus et in antea vacaturis usque ad certam summam pro singulis eorundem novorum Cardinalium — praefatis Cardi-

---

